DIE FUGGER IN ROM. 1495-1523

Aloys Schulte



DIE FUGGER IN ROM.

ZWEITER BAND.

DIE

FUGGER IN ROM

1495—1523.

MIT
STUDIEN ZUR GESCHICHTE
DES KIRCHLICHEN FINANZWESENS
JENER ZEIT.


VON

DR. ALOYS SCHULTE,
ORD. PROFESSOR DER GESCHICHTE AN DER UNIVERSITÄT BONN.

II. BAND:
URKUNDEN.
MIT ZWEI LICHTDRUCKTAFELN.



LEIPZIG,
VERLAG VON DUNCKER & HUMBLOT.
1904.



Piererscho Hofbuchdruckerei Stephan Geibel & Co. in Altenburg.

Chronologisches Verzeichnis der Urkunden.

1. *Zwei Geistliche verpflichten sich, der Stadt Breslau Ablafsbullen nur unter bestimmten Bedingungen zu übergeben (Verpflichtung zur Zahlung eines Drittels der Oblationen).* *Rom 1461 Mai 7.*

Archivio Vaticano Div. Cam. 29 fol. 155ᵛ.

Anno a Nativitate domini MCCCCLXI Indictione IX die vero septima mensis Maii pontificatus sanctissimi domini nostri pape Pii II. anno tertio Rome in Camera apostolica domini Andreas Lumpe scriptor apostolicus et Nicolaus Merbot plebanus ecclesie sancte Marie in Tisano Tridentine dioecesis ambo simul et in solidum obligaverunt se et omnia bona sua spiritualia et temporalia sub excommunicationis et omnium beneficiorum suorum privationis penis sanctissimo domino nostro pape et Camere apostolice super tertia parte helemosinarum et pecuniarum exigendarum ratione indulgentie plenarie ad quinquennium durature, communitati et civibus Wratislaviensi pro reparatione ecclesiarum, hospitalium et pontium dicte civitatis concesse, videlicet, quod ipsi non presentabunt bullam super huiusmodi indulgentia dictis civibus nisi prestita primo cautione ab ipsis et etiam de presentando mandatum sufficiens ipsorum civium infra sex menses proxime sequentes super ratihabitione et ratificatione obligationis hujusmodi, et quod ipsi cives libere absque aliquo impedimento dimittent tertiam partem helemosinarum et pecuniarum huiusmodi extrahi de regno iuxta ordinationem et mandatum ipsius domini nostri pape et Camere apostolice predicte. Preterea cum prefati Andreas et Nicolaus sint ab ipso domino nostro papa deputati ad exigendum dictam tertiam partem peccuniarum huiusmodi, obligarunt se similiter sub dictis penis helemosinas et peccunias tertie partis huiusmodi fideliter exigere et de eis rationem et verum computum dicte Camere reddere, quando et quotiens a dicta Camera ad hoc fuerint vocati etc. Jurarunt etc. submiserunt se etc. presentibus ibidem Johanne Geronis, Raynaldo de Capobianco et Benedicto de Vulterris clericis Gerundensis, Neapolitane diocesis et Vulterranen. civitatis testibus etc. vocatis etc.

G. de Vulterris.

2. Die päpstliche Kammer gibt dem nach Deutschland als Nuntius reisenden Bischofe von Tricarico den Auftrag, von dem Erzbischofe von Mainz die rückständigen Communia usw. zu erheben. Rom 1468 Febr. 25.

Arch. Vatic. Div. Cam. 33, fol. 95.

Marcus etc. — Rdo in Christo patri domino Honofrio Dei gratia episcopo Tricaricensi in nonnullis locis per Germaniam et alias provintias nuntio apostolico salutem in domino. Cum rdus in Christo pater dominus Adulphus de Nassauu archiepiscopus Maguntinensis sacri Romani imperii per Germaniam archicancellarius et princeps et elector etc. teneatur et sit efficaciter obligatus solvere apostolice camere nonnullas pecuniarum summas pro communi et alijs juribus prefate sue ecclesie ipsi camere et partim officio camerariatus domini pape, pro quo eadem camera ad presens recipit, presertim familiaribus et officialibus Smi Dni Ni pape debitas, videlicet pro communi dicte camere florenos auri de camera quinquemilia, item pro sacra florenos similes quingentos, item pro subdiaconis florenos similes centum sexaginta sex solidos triginta tres et denarios quatuor, item pro minuto dicte camere florenos similes tricentos octuaginta quatuor 38 denarios, item pro tribus minutis pro familiaribus Smi Dni Ni pape et officialibus etc. florenos similes mille centum quinquaginta tres et solidos similes quadraginta quatuor, item pro quitantia dicte camere florenos similes viginti septem; habueritque hactenus diversas dilaciones neque adhuc satisfecerit, nuncque Vestra Reverenda Paternitas itura sit ad illas partes, nos volentes opportune providere, ut camera et officiales predicti tandem debitum suum recipiant, et confidentes, quod quemadmodum in ceteris vobis commissis diligentiam et fidem inconcussam prestare consuevistis, ita etiam in hoc negocio prestabitis, de mandato Smi Dni Ni pape nobis super hoc oraculo vive vocis facto, et consilio reverendorum patrum domini Vienesii prothonotarii Bononiensis Smi Dni Ni pape vicecamerarii, et reliquorum dominorum de camera, harum serie committimus eidem Vestre Paternitati ut, postquam perveneritis ad loca, in quibus erit prefatus dominus archiepiscopus, eum moneatis et requiratis, ut de eisdem pecuniarum summis vobis pro camera apostolica et officio ac officialibus et familiaribus prefatis satisfaciat cum effectu. Concedentes vobis plenam et liberam auctoritatem facultatem et potestatem pecunias predictas ab eodem domino archiepiscopo nominibus et vice predictis recipiendi eumque et ecclesiam eius prefatam de receptis duntaxat in plena forma eiusdem camere et officii camerariatus ac familiarium et officialium predictorum nominibus quitandi et absolvendi. Volumus autem quod, si contigerit summas pecuniarum prefatas harum vigore Vestre Paternitati solvi et numerari, eas quanto citius fieri commode poterit per nuncios fide et facultatibus idoneos ad apostolicam

cameram predictam mittere procuretis de eisdemque fidelem computum teneatis, quem postmodum in eadem camera presentare debetis possitis. non obstantibus[a] in contrarium facientibus quibuscunque. in quorum etc. — Datum Rome apud Sanctum Marcum in palatio apostolico sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo indictione prima die 25 mensis februarii. pontificatus etc. anno quarto. —

M. cardinalis Sancti Marci

Visa. B. Regas.

Gaspar Blondus.

Am Rande: Commissio facta domino episcopo Tricaricensi ad exigendum nomine camere apostolice communia minuta et alia jura camere a domino archiepiscopo Maguntinensi ratione provisionis ecclesie Maguntinensis etc.

3. Abrechnung und Quittung der Fugger über eine Schuld der päpstlichen Kammer im Betrage von 6666 ²/₃ Dukaten. Rom 1501 Oktober 5.

Arch. Vatic. Divers. Cam. 55. fol. 99.

Noy Rigo Fucher et fratelli Alemani mercanti de corte de Roma habiamo receputo dal sopradicto archiepiscopo de Taranto ducati doymilia septecento trenta tre d'oro de camera per resto de ducati 6666 ²/₃ d'oro larghi ne dovea per la parte del collegio de la lettera facta per Buda, quali havemo più giorni da sua sig[ria] . . . . duc. 2733.

Item havemo receputo da sua signoria sino a dì 28 de aprile ducati mille octocento cinquanta d'oro de cam[a] . . . . duc. 1850.

Item a dì ultimo de magio hebimo ducati trecento d'oro de camera, quali hebimo per sua signoria da li frati de san Paulo . . duc. 300.

Item a dì 5 de jugno havemo receputo dal sopradicto ducati quatrocento cinquanta d'oro de camera contanti . . . . duc. 450.

Item a dì 11 del dicto habiamo receputo ducati seicento d'oro de camera, li quali ce han pagati Altoviti per nome del camarlengo, de li quali ne facemo quitanza . . . . duc. 600.

Et a dì 12 de jugno habiamo receputi in contanti ducati octocento sonno in oro de camera dal sopradicto archiepiscopo . . . duc. 800.

E a dì decto habiamo receputo anchora in contanti da sopradicto archiepiscopo ducati d'oro de camera cento undici in ducati cento octo d'oro larghi . . . . duc. 110. *(sic)*

E a dì 3 de luglio ducati milli cinquantasei d'oro de camera havuti da Antonio Altoviti per quello ha receputo lui de le decime de officiali . . . . duc. 1056.

[a] *Fol. 95 v.*

E a dì 3 de agosto ducati ducento de karlini havuti in due partite da Judei . . . . duc. 153.17.
E a dì dicto ducati quatrocento da Janni Feri in parte duc. 400.
E a dì decto ducati 703. karlini 3. havuti da Ballo Delloglio duc. 541.
E a dì dicto ducati cento septanta quatro hebimo da li abreviatori duc. 174.
E a dì 9 d'agosto ducati 29 de karlini da Judei . . . duc. 22.6
E a dì 28 decto da Jan Fari ducati cento . . . . . . duc. 100.
E a dì 11 de septembre da Judei ducati 31 de karlini duc. 33.18.
E a dì 23 detto da Jan Fari ducati 50 . . . . duc. 50.

Item habiamo havuto in più partite como appare a li libri nostri il restante de questo mandato dal predetto archiepiscopo, et per fede habiamo sottoscripto de nostra mano, et quietatolo del presente mandato in Roma a dì 5 de octobre 1501.

4. Johannes Zink verpflichtet die Bank der Fugger, über die aus dem Jubelablaſs in Lothringen einlaufenden Gelder gute Rechnung zu führen. *Rom 1501 Dez. 21.*

Arch. Vatic. Arm. XXXIV. vol. 15. fol. 14.

Die 21 Decembris 1501.

Dominus Johannes Zinch institor banchi Ulrici Fucher et fratrum mercatorum Alamanorum de Augusta Romanam curiam sequentium sponte constitutus coram r^mo^ domino Johanne Baptista sancte Romane ecclesie cardinali Mutinensi sive Capuano asserente habere commissionem a S^mo^ D^no^ N^o^ vive vocis oraculo sibi factam etc. omni meliori modo etc. omnia bona dicti banchi ac suorum principalium et conresponsalium in pleniori et validiori forma camere obligando pro observatione infrascriptorum etc. promisit et convenit prefato r^mo^ cardinali et mihi notario etc. pro S^mo^ D^no^ N^o^ et camera apostolica stipulantibus etc., quod cum S^mus^ D^nus^ N^r^ prefatus novissime concesserit jubileum in toto dominio illustris ducis Lotoringie, de omnibus et singulis pecuniis, que ad manus suas et dicti banchi ac suorum conresponsalium in partibus illis occasione dicti jubilei devenient etc., bonum et fidele computum retinebitur et reddetur S^mo^ D^no^ N^o^ prefato et camere apostolice etc. promisit etc. renuntiavit etc. juravit etc. sub pena dupli etc. rogantes me etc. Rome in palatio apostolico in camera prefati r^mi^ cardinalis iuxta suos fines etc. presentibus dominis Johanne Potken et Grifeo de Cruchellis de Amelia testibus etc.

Bo. de Montefalcone.

5. Johannes Zink verpflichtet die Bank der Fugger, dafs Johannes Thurzo, Domdechant von Breslau, sein Amt als Collector für Polen und Gnesen gut führen wird. *1501 Dez. 22.*

Arch. Vatic. Arm. XXXIV. vol. 15. fol. 14 v.

Die 22 Decembris 1501. in camera apostolica.

Dominus Johannes Zinch institor banchi Ulrici Fucher et fratrum mercatorum Alamanorum Romanam curiam sequentium nec non ut procurator et procuratorio nomine domini Johannis Turzi decani Wratislaviensis nuntii et collectoris noviter a Smo Dno No deputati in regno Polonie et provincia Gneznensi vigore litterarum apostolicarum sub bulla etc. sub dato Rome apud sanctum Petrum anno 1501 quarto idus novembris anno decimo, de cujus procura constare vidi et legi publico instrumento per testes recognito etc. manu domini Matthie Razansz Jacobi de Coszezieschic clerici Wladislaviensis diocesis notarii confecto et per manus dicti constituentis etiam subscripto etc. sub die 9 mensis junij 1501 in civitate Crachovie etc. sponte etc. omni meliori modo etc. obligando tam omnia bona etc. dicti domini Johannis sui principalis quam etiam banchum predictum et omnia bona dictorum mercatorum principalium suorum in Romana curia et conresponsalium suorum in partibus illis in pleniori et validiori forma camere etc. promisit etc. mihi notario etc. pro Smo Dno No et camera apostolica stipulanti etc., quod dictus dominus Johannes Thurzus nuntius et collector designatus predictus fideliter geret offitium etc. et quod de pecuniis exigendis per eum et succollectores suos et omnibus que ad Smum Dnum Num et cameram pertinent et pertinebunt durante eius offitio predicto bonum et fidele computum retinebit et quod de biennio in biennium reddet computum in forma debita solita et consueta: et quod de pecunniis respondetur dicto Smo Dno No et camere apostolice et successoribus etc. promisit etc. renumptiavit etc. juravit etc. sub penis etc. rogantes me etc. presentibus domino Paulo de Sancto Severino et domino J. Attavantis testibus.

6. Schuldurkunde der päpstlichen Kammer gegenüber Ulrich Fugger und Brüder. *Rom 1501 Dezember 31.*

Arch. Vatic. Divers. Camer. 54. fol. 109r 110.

R. Sancti Georgij etc.

Spectabilibus viris Ulrico Fucher et fratribus mercatoribus Alamanis Romanam curiam sequentibus salutem in domino. Mutuastis Smo Dno N. pro suis ac sedis et camere apostolice necessitatibus sexmilia ducatorum auri de camera; et quadrigentos similes Stas Sua vobis dono dari voluit et mandavit: quam summam constituentem in totum sexmilia qua-

dringenta ducatorum auri de camera idem Smus Dnus N., videlicet medietatem post finitos duos cum dimidio et aliam medietatem post finitos quinque menses a die 20. presentis mensis decembris computandos, vobis restitui voluit, promisit et mandavit, cum auctoritate et licentia decomputandi et penes vos retinendi ex communibus ecclesiarum et monasteriorum, que ex Germania et Ungarie ac Polonie regnis per manus vestras tantum contingeret expediri, usque ad integram satisfactionem vestram dictorum 6400 ducatorum in eventum, quod ab ipso Smo Dno N. et camera apostolica in dictis terminis vobis non fuerit satisfactum: prout de his omnibus constat ex mandato sive cedula eiusdem Smi Dni N. propria manu signata registrata presenti libro fo. 106. et ad ordinarium introitum camere apostolice libro X°. fo. 36. Nos itaque volentes indempnitati ac securitati vestre desuper oportune providere, de spetiali mandato Smi Dni N. pape vive vocis oraculo super hoc nobis facto, auctoritate etc. communicato consilio revmorum patrum presidentium clericorum prefate camere, vos pro dicta summa sex milium quadringentorum ducatorum auri de camera veros creditores ejusdem camere apostolice tenore presentium declaramus et cameram ipsam vobis efficaciter obligatam. Ac ad rehabendum et recuperandum dictam summam in eventum, quod in dictis terminis non restituatur ut supra, ex nunc pro tunc assignamus vobis introitus predictos Smo Dno N. et camere apostolice proventuros ex communibus ecclesiarum et monasteriorum per vos tantum in dictis Germania et Ungarie ac Polonie regnis expediendorum, ex quibus debita annotatione in libris camere facta, volumus vobis licere usque ad integram satisfactionem vestram defalcare et penes vos retinere: mandantes propterea generali Smi Dni N. et camere apostolice thesaurario ceterisque dicte camere offitialibus et omnibus ad quos spectat, quatenus dictam summam vobis ut premittitur debitam ex quibuscunque pecuniis camere in dictis terminis restituant et solvant cum effectu: et si non restituerint, ex dictis communibus vobis defalcare et penes vos retinere permictant, annotatione in libris camere facta: et mandata per introitum et exitum aliasque necessarias scripturas expediant et expediri faciant et vobis tradant ac in computis vestris admittant: pro quibus omnibus et singulis observandis et firmiter adimplendis omnes et singulos prefate camere apostolice introitus tam spirituales quam temporales eisdem mandato auctoritate et consilio harum serie vobis obligamus et ypothecamus obligatosque et ypothecatos fore decernimus, quousque integram summam predictam 6400 ducatorum auri vobis ut prefertur debitorum recuperaveritis et rehabueritis cum effectu: volumus quoque ad effectum premissorum per presidentes clericos et offitiales camere apostolice premissa omnia inviolabiliter observari et in vestris dicte camere et omnium quorum interest seu interesse poterit computis admitti: non obstantibus

contrariis quibuscunque. Datum Rome in camera apostolica die ultima decembris intrante januario 1502. pontificatus Smi Dni N. prefati anno decimo.

Visa in camera apostolica. An. de Vit. prothonotarius camere apostolice clericus.
Visa ut supra. Sinolphus episcopus Clusinus apostolice camere clericus.
Visa ut supra. Hadrianus apostolice camere clericus.
Visa ut supra. V. Bufolinus apostolice camere clericus.
Visa ut supra. Ventura episcopus Massanensis apostolice camere clericus.
Visa ut supra. Fatius de Sanctoris camere apostolice clericus.

Am Rande folgende Notizen:

Pro mutuo Smo Dno No facto. —

Assignamentum 6400 ducatorum auri de camera pro Ulrico Fucher et fratribus mercatoribus Alamanis.

In deductionem. Nota quod per mandatum per introitum et exitum sub die 15 aprilis 1502. habuerunt duc. 247½.

Item per aliud mandatum sub die 15 julij 1502. habuerunt duc. 700. s. 10. ₰ 8. auri de camera.

Item in alio mandato sub die 6 augusti 1502. pro communi pape ecclesiam Slesviensem duc. 427½.

Item in alio mandato sub die 27 Decembris 1503. *(sic)* pro communi ecclesie Hildesemensis. duc. 475. 1850. 10. 8.

Item in alio mandato sub die 22 martij 1503. pro communi ecclesie Basiliensis. — duc. 475. —

Item in alio mandato sub die 24 junij 1503. duc. 902½ pro communi ecclesiarum Verdensis et Transilvanensis. — duc. 902½.

A domino Johanne Conarij pro communi ecclesie Cracoviensis f. 1272.

A domino Johanne Turzo pro communi ecclesie Wratislaviensis f. 1900.

Constituentes in totum summam 6400 ducatorum, in quibus erat creditor vigore huiusmodi patentium, quos confessus est a dominis depositariis et contavit in forma.

Do. de Junioribus.

7. Obligation des Johannes Zink namens der Fugger über Gelder des verstorbenen Bischofs Uriel von Posen [1501].

Arch. Vatic. Arm. XXXIV. vol. 15. fol. 10.

Johannes Duz institor sotietatis de Fucaris mercatoribus Ro. cu. presens sponte etc. confessus est, se habuisse per manus Dominici de Centurioribus quandam notulam cuiusdam instrumenti obligationis, que dicitur fuisse facta coram Gregorio Johanne de Gridgestia clerico Wradislaviensis diocesis per bone memorie Urielem episcopnm Poznaniensem de ducatis trecentis Hungaricalibus solvendis Aranete relicte quondam Andreoli Goaschi et pro ipsa Araneta Baptiste Spinule quondam Antonij: et similiter aliud instrumentum cessionis facte de dictis ducatis trecentis erga cameram apostolicam per dictum Baptistam Spinulam coram Andrea de Chario notario Januensi et per manus mei notarii breve unum apostolicum, per quod committitur episcopo Poznaniensi, ut cogat dicti Urielis [heredes] ad satisfaciendum de dictis ducatis 300 dicte sotietati de Fucaris sive Johanni Turxo pro illa: iccirco dictus Johannes institor promisit et se obligavit semper et quandocunque recuperabuntur dicti ducati 300 a dictis heredibus sive aliqua pars eorum, restituere prefate camere apostolice quicquid continget recuperare dicta occasione more bancariorum; renuntiavit et juravit et sub penis camere etc. rogans me etc.

Gen. Fulginas.

8. Schuldurkunde des Papstes Alexander VI. gegenüber den Fuggern über 6633 1/3 fl. *Rom 1502 Januar 24.*

Arch. Vatic. Divers. Camer. 54. fol. 138 r—139.

Alexander papa VIs.

Cum charissimus in Christo filius noster Wladislaus Ungarie rex illustris dilectum Johannem Zinck institorem Ulrici Fucher et fratrum mercatorum Alamanorum Romanam curiam sequentium procuratorem suum ad exigendum et recipiendum a nobis et venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus summam ducatorum tredecim milium tricentorum et trigintatrium auri in auro largorum cum tertia parte alterius ducati pro ultima tertiaria et complemento ducatorum 40 milium similium et pro primo anno ex causa expeditionis in Turcos debita constituerit et ordinaverit et Ulricus et fratres predicti ad nostram et prefatorum cardinalium instantiam et requisitionem eidem Johanni procuratori summam ducatorum sexmilium sexcentorum trigintatrium auri largorum cum uno tertio alterius ducati pro complemento dictorum 13433 ducatorum cum uno tertio realiter et cum effectu de eorum propriis pecuniis solverint et numeraverint: nos dictorum mercatorum se-

curitati et indempnitati oportune providere volentes tenore presentium eis etiam cum voluntate et assensu dictorum dominorum cardinalium summam sexmilium sexcentorum trigintatrium auri largorum cum tertia parte alterius ducati concedimus et assignamus super juribus infrascriptarum ecclesiarum de proximo expediendarum: videlicet Collocensis taxam ad 2500. Varadiensis taxam ad 2000. Transilvanensis taxam 1500. Vesprimensis taxam ad 900 ducatos auri de camera, constituentes summam ducatorum 6900 similium, quorum medietas nobis debita deducta portione sollicitatorum ascendit ad ducatos 3277 ½ constituentes ducatos auri largos 3189. et altera medietas cum parte minuti ducatorum octuaginta septem cum uno tertio alterius ducati auri largorum prefatis cardinalibus debita ascendit ad ducatos 3444⅓, que summe constituunt predictam summam ducatorum 6633 ⅓ auri largorum vobis ut supra super juribus dictarum ecclesiarum concessam et assignatam. Et insuper in eventum quod jura dictarum ecclesiarum infra terminum unius mensis a dato presentium in toto vel parte non exigantur pro supplemento eius, quod in termino non exigetur, decimas et vigesimas per venerabilem fratrem Henricum archiepiscopum Tarentinum earundem collectorem exigendas prefatis mercatoribus pariformiter concedimus assignamus et obligamus. Mandantes propterea dilecto filio nostro Raphaëli Sancti Georgii diacono cardinali camerario ac generali thesaurario nostris nec non eidem archiepiscopo, ut predicta omnia et singula prefatis mercatoribus observent et in omnibus prout eos respective concernunt usque ad integram satisfactionem dicte summe ducatorum 6633 ⅓ satisfaciant: et quatenus opus sit super premissis patentes literas assignamenta et mandata ac alia circa premissa oportuna documenta ad omnem dictorum mercatorum requisitionem tradant et assignent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum 24 Januarij 1502. pontificatus nostri anno decimo.

Ita est et mandamus R.

9. Johannes Zink von der Bank der Fugger stellt namens des Königs Wladislaus von Ungarn der päpstlichen Kammer eine Quittung über den Empfang von 13 333 ⅓ Dukaten aus. 1502 Febr. 12.

Arch. Vatic. Arm. XXXIV. vol. 15. fol. 15.

Die 12 Februarii 1502. Actum in palatio apostolico in camera sub sacristia iuxta capellam pontificalem et nunc mansione r^di^ domini Venture episcopi Massani clerici camere presentibus pro testibus domino Mariano Ciaglia cive Romano, domino Severo Bennato de Montefalco et magistro Antonio de Canobio etc. constitutus coram r^do^ domino Ventura episcopo Massano,

Dominus Johannes Cinck institor banchi Ulrici Fucher et fratrum mercatorum Alamanorum Romanam curiam sequentium necnon procurator ad infrascripta serenissimi domini Wladislai dei gratia Ungarie et Boëmie regis, prout constare vidi et legi per patentes litteras prefati serenissimi regis in membranis scriptas et eius sigillo munitas ac propria manu subscriptas, quemadmodum etiam dictus dominus Johannes affirmavit se recognoscere dictas litteras, et de rato promisit etc. sub dato Bude die 29 novembris 1501. sponte etc. omni meliori modo etc. nomine et vice prefati serenissimi regis fecit quietationem etc. S^{mo} D^{no} N^{o} pape et sacro collegio r^{morum} dominorum cardinalium et pro eis prefato r^{do} domino episcopo Massano et mihi notario infrascripto stipulantibus etc. de summa et quantitate tredecim milium trecentorum triginta trium ducatorum auri largorum cum uno tertio alterius ducati: qui sunt pro tertia paga sive ultima tertiaria quatraginta milium ducatorum auri similium per prefatos S^{mum} D^{num} N^{um} etc. r^{mos} cardinales eidem regi debitorum pro expeditione contra Turcos pro primo anno: hoc est pro complemento et ultima solutione dictorum 40 milium ducatorum: et hoc ideo fecit dictus dominus Johannes Cinck pro eo, quia confessus fuit dictam summam 13333 1/3 ducatorum auri largorum habuisse et receprisse a S^{mo} D^{no} N^{o} et sacro collegio in hunc modum, videlicet ducata(?) sexmilia settingenta auri in auro largorum in pecunia numerata iam die 3 maii 1501, de quibus per banchum de dictis Fucher et fratrum *(sic)* fuerant facte littere cambii, ut solverentur Venetiis tunc domino Antonio episcopo Venusino ibi oratori et eo defuncto domino Angelo episcopo Tyburtino etiam oratori pro armandis navibus contra Turcos. Que summa cum remanserit intacta penes responsales dicti banchi Venetijs commorantes et non fuerit soluta, sed per S^{mum} D^{num} N^{um} assignata dicto domino Johanni pro parte dictorum 13333 ducatorum cum uno tertio, prout constare dixit ex mandato manu propria signato prefati S^{mi} D^{ni} N^{ri} [a] etiam per me viso et registrato libro 5to diversarum *(sic)* folio 139. sub dato 24 januarii 1502. Ideo idem dominus Johannes confessus fuit dictam summam habuisse: et residuum videlicet ducatos 6633 1/3 in infrascriptis assignamentis a S^{mo} D^{no} N^{o} et sacro collegio habitis videlicet super juribus infrascriptarum ecclesiarum de proximo expediendarum iuxta aliud mandatum S^{mi} D^{ni} N^{i} manu propria ipsius signatum sub dicta data per me visum et registratum dicto libro 5to diversarum folio 138. hoc est ecclesia Collocensis taxata ad 2500, Vapadiensis ecclesia taxata ad 2000, ecclesia Transilvana taxata ad 1500, Vespriniensis taxata ad 900 auri de camera. Que summe constituunt dictam summam 6633 1/3 ducatorum auri largorum deducta rata sollicitatorum etc. prout in dicto man-

[a] *Fol. 15 v.*

dato continetur. Cum cautione apposita, quod si infra mensem non habuerit dictam quantitatem ex dictis iuribus dictarum ecclesiarum, sint ei obligate decime que exiguntur per r^{dum} dominum Henricum archiepiscopum Tarentinum ut latius in dicto mandato apparet. Ita quod dictus dominus Johannes Cinck modo premisso confessus fuit se esse integre contentum et concordatum de tota summa predicta dictorum $13333\,^1/_3$ ducatorum auri largorum nomine et vice dicti serenissimi regis Ungarie pro dicta tertia solutione et ultima ac finali et completo pagamento supradictorum 40 milium ducatorum eidem regi per sedem apostolicam ut premittitur debitorum pro expeditione in Turcos pro primo anno ut supra: promictens dictus dominus Johannes dicto nomine etc. renuntians etc. iurans etc. et promisit facere confessionem etc.

10. Schuldbrief der päpstlichen Kammer gegenüber den Fuggern über 4350 Dukaten, dargeliehen während der letzten Sedisvakanzen, und Anweisung für ihre Bezahlung. *Rom 1503 Oktober 25.*

Arch. Vatic. Divers. Camer. 57. fol. 13^v—14.

Raphael etc. Spectabilibus viris Ulrico Fucher et fratribus mercatoribus Alamannis Romanam curiam sequentibus salutem in domino. Cum alias sede vacante per obitum felicis recordationis Alexandri pape VI. mutuaveritis sedi et camere apostolice pro occurrentibus tunc ejusdem sedis apostolice necessitatibus ducatos mille auri de camera super certis argentis prefate sedis vobis propterea pro cautela vestra subpignoratis et depositatis, prout constat ex publico instrumento desuper in camera apostolica confecto, ac in presentiarum similiter sede vacante per obitum felicis recordationis domini Pii pape III. mutuaveritis solveritisque cum effectu eisdem sedi et camere apostolice pro urgentibus earumdem necessitatibus ducatorum triamillia similia per vos depositata et sbursata penes heredes Ambrosii de Spannochijs pecuniarum camere prefate depositarios pro solvendis prefatarum sedis et camere expensis necessariis, quemadmodum constat per computum particulare dictorum depositariorum, nosque habito consilio cum reverendis patribus dominis clericis ejusdem camere presidentibus, vobis pro humanitate et recognitione bone fidei vestre donaverimus ducatos similes trecentos quinquaginta ac cupiamus indemnitati ac securitati vestre desuper oportune providere, auctoritate nostri cameriatus officii ac ex decreto camere apostolice vos de dictis summis constituentibus in totum ducatorum quatuor milia trecenta quinquaginta auri in auro de camera, prefate camere apostolice veros creditores declaramus: volentes et de eisdem auctoritate et decreto concedentes, quod liceat vobis ex communibus pape proveniendis ex ecclesiis et monasteriis per manus vestras expediendis in regnis Germanie, Ungarie

et Pollonie, penes vos retinere usque ad dictam summam vobis ut premittitur debitam, et vobis ipsis satisfacere de dictis 4350 ducatis auri in auro de camera: ac pro majori cautela vestra obligamus vobis omnes et singulos introitus tam spirituales quam temporales ejusdem camere apostolice donec summam ipsam vobis ut prefertur debitam modo premisso recuperaveritis et rehabueritis cum effectu: ac mandantes prefatis camere apostolice clericis et aliis ad quos spectat, quatenus premissa omnia inviolabiliter observent etc.: ad omnem verum beneplacitum: non obstantibus contrariis quibuscunque. In quorum fidem presentes literas per infrascriptum camere apostolice notarium fieri et subscribi fecimus et nostro sigillo communiri. Datum Rome ex camera apostolica die 25 octobris 1503 sede vacante.

R. Cardinalis Sancti Georgij sancte Romane ecclesie camerarius.

O. cardinalis Neapolitanus manu propria

Jo. Ant. cardinalis Alexandrinus manu propria.

R. cardinalis Sancti Georgij camerarius.

Visa in camera. V. Bufalinus episcopus Interamnensis apostolice camere clericus.

Visa ut supra. V. episcopus Massanus apostolice camere clericus.

Visa ut supra. Fatius camere apostolice clericus.

Visa ut supra. F. Ponzettus camere clericus.

Visa ut supra. Joannes episcopus Terracinensis camere apostolice clericus.

Collat. Bo. de Montefalcone.

(Am Rande — fol. 13 v).

Pro Fucheris assignamentum duc. 4350.

Die

Habuerunt infrascriptas pecuniarum summas in infrascriptis communibus et annatis: et primo

A rev. domino Joanne ex ducibus Saxonie electo Hildesemensi pro communi pape dicte ecclesie . . . . fl. 340

A. rev. patre domino Andrea archiepiscopo Gneznensi pro communi pape dicte ecclesie tax. 5000 2375

A rev. domino Paulo electo ecclesie Sambiensis pro communi pape dicte ecclesie duc. 380

Ab eodem pro annata prepositure ecclesie Trabatensis ac canonicati et prebende Misnensis ac altaris in ecclesia Landespergensi Magdeburgensis diocesis 68 1/2

Constituentes in totum summam 3161 1/2.

A domino revdo Alberto ex ducibus Bavarie episcopo Argentinensi pro annata prepositure Sancte Fidei opidi Sletscat ordinis Sancte Benedicti Argentinensis diocesis . . . . fl. 107

A domino Matheo Batzasz pro annata canonicati et prebende ecclesie Gneznensis . . . . fl. 23 3/4

A domino Nicolao Cothwitz pro annata cononicati et prebende ecclesie beate Marie Curzetoniensis Gneznensis diocesis . . . . . . fl. 14 1/4

11. Schuldbrief der päpstlichen Kammer gegenüber den Fuggern über 2500 Dukaten, die die Fugger den Konklavisten gezahlt hatten.

Rom 1503 Nov. 24.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 57. fol. 23v—24.

R. Sancti Georgij etc.

Spectabilibus viris Ulrico Fucher et fratribus Alamanis Romanam curiam sequentibus salutem in domino. Cum nuper per alias nostras patentes literas in camera apostolica expeditas sub die 25 mensis Octobris proxime preteriti et registratas in libro diversorum fol. 16. declaraverimus universos et singulos in assumptione felicis recordationis Pii pape III. conclavistas creditores camere apostolice inter omnes in summa duorum millium quingentorum ducatorum auri largorum pro pannis rosaceis in coronationis dicti pontificis eisdem conclavistis debitis ac propterea pro satisfactione dicte summe introitus camere predicte et precipue spirituales eis obligaverimus et assignaverimus, prout in eisdem nostris literis ut premittitur expeditis plenius continetur, cumque pro parte ipsorum conclavistarum ad presens requisiti simus, ut eorum creditum hujusmodi in vos mercatores transferre velimus, qui tam eorum quam nostri intuitu eisdem conclavistis de dicta summa duorum millium quingentorum ducatorum auri largorum satisfecistis pro dicta camera apostolica animo recuperandi et rehabendi summam ipsam super hujusmodi spiritualibus: et dicti conclaviste propterea eandem cameram de eadem summa eis ut prefertur debita quietaverint et absolverint, ut constat per publicum instrumentum desuper editum manu notarij infrascripti inde rogati; ideo maturo consilio desuper habito revorum patrum camere apostolice presidentium clericorum ac auctoritate nostri camerariatus officii eisdem conclavistis et vobis morem gerere cupientes fidemque ac promissionem et literas nostras predictas earumque effectum observare et adimplere volentes ac indemnitati et securitati vestre oportune providere dexiderantes, vos Ulricum Fucher et fratres mercatores Alamanos predictos de dicta summa duorum milium quingentorum ducatorum auri largorum in locum supradictorum conclavistarum veros creditores camere apostolice et cameram ipsam vobis efficaciter obligatam, tenore presentium declaramus

obligamus et ypotecamus eam vobis pro dicta summa: ac ad reparandum et rehabendum eandem summam ex nunc assignamus vobis spirituales introitus ejusdem camere apostolice comunium et annatarum ecclesiarum monasteriorum et beneficiorum ecclesiasticorum, ex quibus debita annotatione facta in libris camere liceat excomputare et penes vos retinere tot pecunias quot ascendant ad hujusmodi summam vobis ut supra debitam; camera apostolica ipsa semper vobis obligata [a] remanente donec et quousque summam ipsam duorum milium quingentorum ducatorum auri largorum vobis ut prefertur debitorum recuperaveritis et rehabueritis cum effectu. Mandantes generali S^{mi} D^{ni} N. et dicte camere thesaurario ac clericis prefatis et aliis ad quos spectat, quatenus premissa omnia et singula inviolabiliter observent et observari faciant; scripturasque et mandata desuper oportuna ad libitum vestrum expediant et expediri faciant contrariis non obstantibus quibuscunque. In quorum fidem presentes sigillo et subscriptione nostra munitas per infrascriptum camere apostolice notarium fieri et subscribi fecimus. Datum in camera apostolica die 24 novembris 1503. pontificatus domini Julij divina providentia pape II. ante coronationem.

R. cardinalis Sancti Georgii
domini pape camerarius.

Visa in camera apostolica. Antonius de Viterbio preb. camere apostolice clericus.

Visa in camera apostolica. V. Bufolinus episcopus Interamnensis clericus camere.

Visa ut supra. F. Ponzettus camere apostolice clericus.

Visa ut supra. Fatius camere apostolice clericus.

Visa ut supra. Joannes episcopus Terracinensis camere apostolice clericus.

Visa ut supra. Bonifatius electus Clusinus camere clericus.

Visa ut supra. V. episcopus Massanus camere apostolice clericus.

Collat. per me Bo. —
Bo. de Montefalcone.

Die 28 decembris 1504 casse fuerunt presentes patentes, quia fuit eis in infrascriptis comunibus et annatis integre pro dicta camera satisfactum; et primo

A rev. domino Vincentio episcopo Wladislaviensi pro comuni dicte ecclesie . . . . fl. 477.

A rev. domino Georgio electo Bambergensi pro comuni dicte ecclesie . . . . fl. 1325.

[a] *Fol. 24*[a].

A rev. domino Erasmo electo Plocensi pro comuni dicte ecclesie fl. 475.

A domino Christoforo Marcello pro residuo annate canonicati et prebende ecclesie Paduane . . . . fl. 60.

A rev. domino Ulrico electo ecclesie Hildesemensis pro parte comunis pape dicte ecclesie . . . . fl. 135.

Constituentes in totum summam duorum millium quingentorum et septuaginta auri in auro de camera.

Do. de Judicibus.

12. Jacob Villinger verpflichtet sich, ihm vom Könige Maximilian zur Nutzniefsung angewiesenes Ablafsgeld, das in der Bank der Fugger liegt, nach drei Jahren zurückzustellen. Innsbruck 1507 Oktober 13.

Fuggersches Archiv, Augsburg. Abschrift aus Statthalterei-Archiv in Innsbruck, Lade 97.

Ich Jacob Villinger bekenn: als die küniglich Maiestat mein allergnedigster her mir aus sondern gnaden unnd zu aufrichtung eins glawbens, damit ich irer Maiestat in den Finantzhenndeln, darinnen mich dan jr kn. Maj. braucht, vester bass gedienen müg, durch ein verweisung auff das Jubileumgelt zwaytawsent guldin Reinisch hinder die Fugkher zu Augspurg erlegt und bewilligt hat, die bey inen in irer geselschaft ligen zu lassen und zu niessen, das ich darauff irer königl. Maj. zugesagt hab wissentlich mit disem brief also, das ich nach verscheinung derselben dreyer iar irer künigclichen Maiestät solh zwaytausent guldin Reinisch durch die Fugkher widerumb zusteen und vervolgen lassen will ungeverlich. Zu urkundt unnder meinem hanntzaichen unnd aufgetrugkhten petschaft. Actum zu Ynnsbrug am 13. Octobr. 1507.

J. Villinger.

13. König Wladislaus gibt dem päpstlichen Ablafsdepositar Leonhard Vogel zu Breslau Befehl, die dem Könige zustehenden zwei Drittel an die Bischöfe von Breslau und Olmütz abzuliefern. Prag 1509 März 24.

Fuggersches Archiv, Augsburg. Perg. Or.

Wladislaus von gots gnaden zu Hunngern, Beheim etc Künig etc.

Ersamer lieber getrewer. Nachdem dich unnser allerheiligister vater der Babst, der begnadunng so sein heiligkait in unnser kunigreich Beheim maggraffthumb Merhern und furstenthumber Slesien ain taill zu pesserung der kirchen zu sannd Peters paw in Rom gelegt, zu Commissarien und einnemer der begnadung gesatzt, die anndern zway taill in unnser kunigcliche Cammer vergonnt, darumben bevelhen wir dir hiemit und wellen, wo du von den hochwirdigen herrn Johannsen bischoven zu

Bresslaw unnserm fursten und herrn Stanislaen bischoven zu Olomutz durch sy oder ire volmechtige anngelanngt wirdest und begeren werden, in das uns zugehorig herausgebest und uberanntwurtest und kain annders thuest, daran verbringst unnser ernnstlich maynung, und wirst dich wissen darnach zurichten. Geben zu Prag Sonnabennts vor Judica in der vassten anno domini XV^c in newnnden, unnserer reiche des hunngrischen im XIX und des behemischen im XXXVIII Jaren.

Ex commissione propria Regis.

Auf der Rückseite: Dem Ersamen unnserem lieben getrewen Liennharten Fogel burger zu Breslaw.

14—25. Aufzeichnungen über die Öffnung von Ablaſskästen in Schlesien und Böhmen. 1509 April 25 — 1510 August 20.

Fuggersches Archiv in Augsburg. Sämtlich Pap. Or.

14. An nicht genanntem Orte. 1509 April 25.

Item daß gelt dass ynn eynenn rat ist eynn gelegt wordenn aus der truhenn dass ynn der gnaden ist eyngelegt worden ist gezelt worden sfüy (?) in die s. Marci anno etc 1509 ynn kegenwertikayt der wirdigen herren Vater Melchior dy etzeyt Schtathelder des gardians des Klosters der heyligen XIIII nothelfern und des hern Comendators und her magister prediger ynn der pfarr etc.

Item am ersten ist gewest hundert unnd eyn schogk gr. peheimsch unnd pfening weisse und Gorliczer.

Item an golde ist vorhandenn gewest zwen ducaten unnd syben czehen reynsche fl.

Item ann dewtscher müntz ist vorhanden gewesen XVII$^1/_2$ fl den fl. zw XXI gr. gerechendt.

15. An nicht genanntem Orte, ohne Datum.

Gnaden geldt.

Item mann hat pey eynem rate eyngelegt dewtsche Müntze XXV fl. zw eyn undzwanczigen gerechendt und V fl. an golde. Summa facit XXX fl.

Item so ist der pehmischenn müncze an groschen weysse pfennyng und gorlitzer XLIII schock.

Item aber auff eyn newes XII schock aus der gnaden truhenn genomenn zw eynem rate eyngelegt.

16. Zu Lüben. 1509 Mai 10.

Auf der Rückseite: Lobenn.

Anno domini MCCCCCnono Jovis die X^a mensis Maji hora fere vesperorum in curia episcopali Legnicen. summa pecunie in Lobin ex

jubileo collecte et presentate ac numerate facit C. marc. ac XXV marc. et VII gr ac tres flor. ungaricales, presentibus honorabili ac discreto viro dominis Martino precentore et Vrbano Cauth mansionario capelle beate Marie virginis choro ecclesie collegiate Legnicen. annexe testibus ad premissa fidedignis vocatis pariterque rogatis.

Johannes Bekir
premissorum notarius.

**17. Zu Teschen.* *1509 Mai 23.*

Zwei aufgedrückte Siegel.

Aussteller Hieronimus de Wokstach sacre theologie professor canonicus Olcmucensis curatus in Thessnen necnon archipresbiter sedis ejusdem, frater Felix viceguardianus, frater Patricius predicator et confessor Alamannorum claustri s. Trinitatis extra muros Thessnen. fratres ordinis minorum de observantia, Johannes Ezech proconsul aliique consules. Geöffnet auf Bitten des Johannes Tratkopp arcium lib. mag., Vertreter des Papstes, und des Breslauer Bischofes. Befund: 60 flor. de moneta communi (31 gr. Boh. pro 1 fl) et 3 flor. in auro. An Tratkopp übergeben. Zeugen.

Thessen feria quarta ante Vrbani a. salutis 1509.

**18. Zu Oberglogau.* *Cosel 1509 Mai 26.*

Drei aufgedrückte Siegel.

Aussteller: Henricus Wrochen eccl. collegiate in Superiori Glogovia scholasticus una cum reliquis presbiteris qui circa ecclesiam parrochialem sti Sigismundi in Cosel degunt, prothoconsul pariter cum consulibus civitatis ejusdem necnon frater Martinus de Gleywicz gardianus loci minorum de observantia ibidem, frater Mathias de Polonia predicator loci ejusdem. Johannes Tratkoff entnimmt 121 fl.

Datum Cozel in vigilia penthecostes a. d. 1509.

19. An ungenanntem Orte. *1510 Januar 5.*

Ego frater Barnabas de Khunitz ordinis minorum de observantia commissarius immeritus notum facio singulis et universis, quod in vigilia trium regum recepi peccunias jubilei anni ab egregio doctore Wenceslao. Anno 1510 manu propria ss.

**20. An ungenannntem Orte.* *1510 Februar 19.*

1510. Martis die 19. Februarii. Gefunden:

in grossis novis albis 54 fl. 30 sc. gr. pro 1 fl. computando
„ „ polonicalibus 93 fl. 33 „ „ „ 1 „ „
in auro 8 fl. ungar. et 2 renens. et unus annulus argenteus et parva crux argentea.

in grossis bohemicalibus 7 fl. 33 sc. gr. pro 1 fl.
„ „ Wrathislavien 10 1/2
„ obolis 60.

Mattheus Fagel notarius.

*21. *Ablieferung von Hirschberg.* *1510 Mai 29.*

Mit aufgedrücktem Siegel.

Bürgermeister und Ratmannen von Hirschberg geloben, von dem im vorigen Jahre bei ihnen in den Gnadenkasten gelegten den zum Gebäude der Kirchen . . Petri und Pauli zu Rome gehörigen Anteil von 38 Schock gemeine an Johann Cratkopph oder in seiner Abwesenheit an Lienhart Fogeln Bürger zu Breßlew auf Johanni oder 8 Tage danach nach Breslau zu überantworten.

Mittwoch nach Trinitatis 1510.

22. *Ablieferung des Domkapitels von Prag.* *1510 Aug. 10.*

Mit aufgedrücktem Siegel.

Ambrosius de Plzna decanus totumque capitulum eccl. Pragensis notum facimus universis et singulis, quod nos de jubileo pridem pro fabrica ecclesie sancti Petri in curia Romana contulimus partem papalem videlicet XXXIII 1/2 s. g. Missnen. cum duobus g. albis prag. venerabili viro et reverendo magistro Johanni Tratkop vicario perpetuo eccl. majoris Wratislaviensis. In fidem illius applicuimus secretum nostrum quo pro tempore utimur. Actum de anno domini 1510 decima die Augusti.

*23. *Öffnung in Horazdowitz.* *1510 August 18.*

Mit zwei aufgedrückten Siegeln.

Aussteller: frater Mauricius de Tepla ord. min. de observantia gwardianus loci nostri Horazdien. Johann Tratkop erhält a nobili viro domino Johanne Strupina 70 sexagenas Missnen. 18 Aug. a. salutis n. 1510.

*24. *Öffnung in Tzumlow (?)* *1510 Aug. 20.*

Mit zwei aufgedrückten Siegeln.

Aussteller: Wenceslaus archidiaconus Bechinen. in ecclesia Pragensi, plebanus in Tzumlow, magister civium et consules ejusdem civitatis. Tratkop erhält für den päpstlichen Anteil: 105 ren. fl. et 41 gr. et mediam libram cum 3 lottonibus in diversa moneta.

a. d. 1510 die 20. Augusti.

*25. *Öffnung in Brüx.* *1510 Aug. 29.*

Mit aufgedrücktem Siegel.

Aussteller: Bürgermeister u. Rat civitatis Pontensis. Tratkopp erhält für den päpstl. Anteil 112 florenos renenses.

a. inc. d. 1510 die scti Johannes decollacionis.

26. Der Observantenvikar in Breslau gibt den oberschlesischen Klöstern seines Ordens Anweisung, wie sie sich bei Öffnung der Ablaßkästen verhalten sollen 1509 Mai 5.

Fuggersches Archiv. Pap. Or. Siegel abgefallen.

In dulcissimo Jesu filio Marie virginis.

Venerabiles patres. Noverint paternitates vestre me cum aliis reverendis patribus . .[a] nostri sancti Bernardini breve missum vidisse ac legisse sub annulo piscatoris a sanctissimo domino domino nostro Julio secundo circumspecto ac honesto viro domino Lleonardo Vogl senatori Wratislaviensi, qui invigilare habet super elemosina pro sacro imposita jubileo in locis ac civitatibus nobis deputatis, insuper serenissimus dominus dominus noster Vladislaus Bohemie et Ungarie regnorum rex duas tercias partes iam dicte elemosine pro tuicione fidei orthodoxe a domino domino nostro Julio dono suscepit. Cujus procurator reverendissimus dominus noster Wratislaviensis institutus est, cujus tenorem commissionis audivimus et vidimus, quorum subdelegati vestras visitabunt paternitates ac capsas elemosine dicte apperient, et ut intersint paternitates vestre, quemadmodum nos Wratislavie fecimus cum reverendis capitularibus et circumspectis dominis pretorianis. In cujus rei testimonium me subscripsi sub sigillo commissariatus anni jubileici provincie Bohemie. Ex loco nostro supradicto Quinta May anno salutis 1509.

Fr. Ruffinus de Trebnitcz

loci sancti Bernardini extra Wrat. Vicarius inmeritus.

Auf der Rückseite: Venerabilibus ac religiosis patribus gracie jubileice commissariis ordinis minorum observantie vicariis locorum Katczerdorffen., Oppolien., Cosolenn., Bithunien., Ratiburien., Teschnenn. patribus in Christo sinceriter dilectis.

**27. Quittung des Bischofs Johann von Breslau über 1600 ung. Gulden aus Ablaßgeld. 1509 Mai 10.*

Fuggersches Archiv. Pap. Or. mit aufgedrücktem Siegel.

Johann Bischof von Breslau bekennt, dass, nachdem dem König zu Ungarn und Böhmen aus dem römischen Ablaßgeld, so jetzt in Schlesien eingelegt wird, zwei Drittel aus Begnadung des römischen Stuhles zuständig ist, und nun der König ihm für seine Dienste 1600 ung. Gulden davon verordnet hat, er mit dem ehrbaren namhaften Leonhart Fogel Erbherrn zu Freienwalde, Depositar des röm. Stuhls, sich der 1600 fl. halber vertragen, indem dieser ihm für je 1 ung. fl. 36 neue Groschen ausgezahlt hat.

Breslaw dornstags nach Cantate a. d. 1509.

---

[a] *Loch.*

*28. *Der Depositar päpstlicher Ablafsgelder, Leonhard Vogel, bestellt Johann Dratkopf zu seinen Vertreter.* *1509 Mai 12.*

Fuggersches Archiv. Pap. Or. mit aufgedrücktem Siegel.

Johannes episcopus Wratislaviensis confitetur, dominum Leonardum Fogel civem Wratislaviensem generalem depositarium pecuniarum ex jubileo pro fabrica basilice b. Petri principis apostolorum de Urbe concesso provenientium a sede apostolica per et infra regna Hungarie, Bohemie, Polonie ac provincias eis adjacentes specialiter deputatum in presentia episcopi constituisse suum verum procuratorem honor. virum dominum Johannem Tratkop, mansionarium capelle beate Virginis Marie ecclesie Wratislaviensis annexe ad requirendum clavigeros capsarum, in quibus pecunia istius jubilei reposita est, in districtibus Teschnensi, Ratiboriensi, Coslensi, Oppoliensi et Bithoniensi collocatarum, . . ad recipiendum tertiam depositario confisam

Actum Wratislavie 12. mensis Maii a. d. 1509 presentibus . . Johanne Berlin consule Wratislaviense et Henrico Seidlitz cubiculario episcopi.

29. *Kaiser Maximilian quittiert den Fuggern über den Empfang von 10000 rh. fl. aus dem Nachlafs des Kardinals von Meckau.* *1510 Jan. 10.*

Fuggersches Archiv in Augsburg. Perg. Or.

Wir Maximilian erwelter . . . romischer Kaiser . . . . . Bekennen . . . . als der edel . . . Pauls von Liechtenstain freyher zu Castelkorn unnser marschalckh unnsers Regiments zu Innsprug . . . . etlicher schuldbrieff und ainer namhafften suma gelts halber darinn bestimbt, so weyllendt her Melchior . . Cardinal und Bischove zu Brichsen zu unnsern und des reichs lieben getrewen Vlrichen Jacoben und weyllend Jorgen gebruder die Fugger burger zu Augspurg erlegt und . . . Babst Julius . . . nach des gemelten Cardinals absterben zu Rom annemen und einziehen lassen und unns dieselben aus besonndern ursachen furter ubergeben und zugestelt gehabt, von unnsern wegen . . mit den genanten Fuggern ainen vertrag und abrede gemacht, darinn under anderm begriffen ist, das sie unns auff sant Jacobs tage . . nechstkomend im schnytt zehentausendt gulden Reinisch in abslage und zu bezallung der suma gelts in demselben vertrage bestimbt bezallen sollen, Daran sie dan ytzo sechstausend gulden bars gelts auff unnser gehays inbehalten, darfur sie dem erwirdigen Cristoffen bischoven zu Brichssen seinen nachkomen und stifft incrafft ains vertrags zwuschen uns und seiner andacht außgericht zehentausendt gulden in zwaintzig iaren von unsern wegen zu bezallen angenomen und zugesagt und sich darfur gegen seiner andacht . . nach

notdurfft verschriben und die uberigen viertausendt gulden unns auf heut datum auff unnser begern auch an barem gelt außgericht und also unns der gedachten zehentausend gulden genntzlichen vergnugt . . haben. Demnach so sagen wir . . die obgenanten . . Fugker . . der 10 000 gulden quit und ledig . . . .

Geben . . 10. Tage . . Januarii . . 1510.

Unterschrift: P. v. Liechtenst[ein].
Auf dem Buge: Serntein.

30. Motu Proprio Papst Julius II. Anweisungen auf das Guthaben des verstorbenen Kardinals Fazio Santori bei den Fuggern z. T. zum Ersatz für Kupfer und Zinn, das von den Fuggern gekauft worden war.
Rom 1510 April 17.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 61. fol. 228v.

Julius papa II.

Insuper prefati commissarii ac vicecommissarii respective in propriis personis si commode possint, alioquin de uno vel de duobus doctis ac devotis predicatoribus populo acceptis provideant, qui singulis diebus Quadragesime vel saltem Dominicis et festivis ac Lune, Mercurii et Veneris diebus in ecclesiis predictis per sonum campane utriusque sexus christifidelibus ad horam congruentem convocatis sermones faciant et inter alia distinctioni et declarationi articulorum ac numeri quantitatis fructus et necessitatis gratiarum et facultatum Bulle apostolice insistant ac christifideles exhortentur ad consequendas indulgentias, gratias et indulta pro tam mediocri contributione ad tam necessarium opus. Curentque predicare inter alia de apostolice potestatis institutione precellentia officio et auctoritate et de inexcusabili obligatione quorumcunque fidelium ad obediendum dicte potestati, de sacre fidei misteriis, de contritione, confessione, peccatorum venia et remissione ac penitentia salutari. Preterea de calamitatibus ecclesie Constantiensis anno superiori ex voragine ignis passis, dum tres eminentissime turres eidem ecclesie contigue cum multis campanis prestantissimis et aliis rebus fabrice combuste fuerunt horrendum dictu horribilius visu. De exilitate facultatum fabrice, que ultra pias christifidelium subventiones parum in fixis habet pro ordinarioque non vix suppetant. Item de cultu divino, qui laudabiliter in eadem ecclesia peragitur. Deque inestimabili thesauro reliquiarum sancte crucis ac corporum sancti Pelagii martiris et sancti Conradi pontificis et confessoris, patronorum eiusdem ecclesie, et multis aliis reliquiis, que inibi in maxima veneratione tenentur. Demum quod ex proventibus fabrice damna illata circa turres et campanas ullo unquam tempore possent reparari, nisi prefatus dominus noster Papa ex visceribus misericordie indulgentias huiusmodi cum tot et tantis facultatibus et gratiis inauditis et ante hec nunquam visis in sublevamen onerum predictorum concessisset. Preterea predicatores prefati illorum vesaniam, qui diabolo suggerente falso criminantur nimiam hujusmodi indulgentiarum frequentiam ac propterea rerum privatarum et publicarum attenuationem. Necnon abusum seu dissipationem collectarum priorum cum similibus per rationes et exempla confutare curent. Et crebro summarie gratias et facultates predictas ac inhibitiones et mandata apostolica de nil exigendo etc ac suspensionem omnium aliarum plenissarum indulgentiarum et sancti Spiritus, sancti Johannis Jerosolomitani et ordinis Theutonicorum ac confessionalium sub gravissimis censuris et penis reiterare studeant et christifideles indulgentias gratias et facultates hujusmodi cupientes consequi muneantur, ut ad capsas deputatas propriis manibus contributiones imponant neque erubescant in conspectu hominum bene agere. Verum im-

peditis liceat per aliorum fide dignorum manus contributiones ad capsas mandare et quod huiusmodi impositionem non differant. Preterea contriti confessi et absoluti volentes sacramento eucharistie communicare possint iuxta consilium confessoris ex manibus eiusdem vel alterius sacerdotis in eisdem ecclesiis deputati vel in sua parochiali ecclesia cum debita devotione et reverentia recipere. Demum prefati predicatores in singulis sermonibus iniungant populo semel oracionem dominicam cum salutatione angelica devote orare pro pace et tranquillitate universalis ecclesie et pro conversione omnium peccatorum ad veram contritionem, perfectam confessionem et debitam satisfactionem.

De modo et forma intronisandi indulgentias ac de requisitis et custodia clavium.

Item fiat intronisatio indulgentiarum cum exquisita diligentia et solennitate in singulis ecclesiis ita, quod primitus salutentur ecclesiarum Prelati, capitula seu rectores et magistratus seculares pro favoribus oportunis. Deinde aptetur tabula ad instar altaris, cooperiatur cum tela nigra vel alterius coloris, super qua erigatur imago beate virginis vespertina et candelabra apponantur cum candelis et ad minus durantibus officiis divinis super tabula ponantur reliquie potiores videlicet capita etc. aut in alia forma. Similiter capsa ad minus duabus clavibus distinctis serata apponatur ante tabulam, in qua contributiones imponantur et unam clavium nomine decani et capituli unus vicecommissariorum et alteram clavium alter vicecommissariorum nomine procuratorum fabrice prefate custodiant neque capsam aperiri presumant absque speciali mandato nostro, sed finita quadragesima et sublatis indulgentiis capsa serata ad sacrarium vel alium locum tutum deponatur, quousque pecunias easdem sublevari mandaverimus

Quo tempore fieri debeat intronisatio et per quem in quo loco ac de cerimoniis observandis.

Item intronisatio huiusmodi fiat in singulis ecclesiis Dominica Invocavit, si commode fieri poterit, alioquin diebus sequentibus precedenti intimatione in locis etiam circumvicinis. Et in ecclesiarum principalium, in quibus fiat prosecutio, et in sex aliarum ecclesiarum circumvicinarum, si tot inibi existant, valvis alioquin in capellis seu altaribus affigantur respective imagines septem ecclesiarum Urbis cum armis pontificis et copie Bullarum una cum Summario. Similiter in ecclesia principali ad septem altaria septem ecclesias Urbis representantia affigantur imagines cum armis pontificis mediocres. Et deputentur pro penitentiariis ac confessoribus sedes ab invicem adeo distantes, ut confitentes a nullo impediti quiete valeant confiteri. Et super qualibet sede arma pontificis parva ac nomen et cognomen penitentiarii seu confessoris affigantur. Et pro

eisdem baculi albi quos in manibus gestabunt aptentur. Adveniente vero dominica seu alio die antea clero et magistratibus ac populo ad interessendum invitatur mane ante horam officii missarum. Prelati maiores seu Commissarii aut vicecommissarii ornamentis melioribus induti ac penitentiarii et confessores in una sex ecclesiarum, in qua Bulla seu eius transsumptum super altare maiori ponatur, expectent clerum et populum ex principali ecclesia in processione venientem, quibus advenientibus et clero chorum intrante, Responsoria, Antiphone, Versiculi et orationes prout in fine habetur cantentur et baculi albi penitentiariis et confessoribus assignentur et decantatis responsoriis antiphonis versiculis et orationibus duo vexilla duobus principalioribus loci illius ad deferendum ante bullam seu transsumptum assignentur ac feratur bulla seu transsumptum ad ecclesiam principalem precedentibus immediate penitentiariis et confessoribus cum baculis et a quolibet latere uno prelatorum seu magistratu, subsequente populo. Et cum ad ecclesiam principalem deventum fuerit, Bulla seu transsumptum super altare vel tabula cooperta ante imaginem beate virginis ponatur cantantibus alternatim et in organis sonantibus Te Deum laudamus et aliis, prout in fine continetur, quibus finitis Summum officium decantetur, quo finito Bulla seu transsumptum custodiatur. Volumus tamen et discretioni commissariorum et ab eis pro tempore deputatorum committimus, ut modo et forma premissis in aliquibus locis intronisatio fieri commode non possit et devotio populi non detrahatur, processione dumtaxat circum principalem ecclesiam observata indulgentie intronisentur.

De loco et modo audiendi confessiones et consultandi super casibus dubiis.

Item penitentiarii et confessores extra ecclesias, in quibus deputati fuerint, non audiant confessiones cuiuscunque volentis confiteri ad consequendum indulgentias nisi magnorum prelatorum aut ducum comitum baronum et aliorum magnorum nobilium in aliqua ex septem ecclesiis vel alio loco honesto aut personarum infirmitate seu alia legitima causa prepeditarum, que commode principalem ecclesiam personaliter non poterunt accedere. Insuper mulieres minas maritorum metuentes, ut sepissime in preteritis indulgentiis auditum est. Supradictis coniungimus et quociens contigerit penitenciariis et confessoribus aliquos casus dubios in confessionibus occurrere, illorum decisionem ac (!) commissariis seu vicecommissariis postulent, qui consilio aliorum penitentiariorum prehabito prout eis vel maiori parti expediens videbitur decidant nec prefati penitentiarii et confessores se quoquo modo intromittant de absolutionibus et dispensationibus in foro contentioso vel de aliis casibus ac votis in Bulla non contentis.

De facultate absolvendi quatuor casibus exceptis et de restitutione quo ad forum conscientie tantum.

Item penitentiarii maiores et minores respective poterunt absolvere confitentes ab omnibus peccatis excessibus criminibus et delictis quantumcunque gravibus etiam propter que sedes apostolica merito consulenda foret, necnon a quibuscunque excommunicationis suspensionis et interdicti sentenciis a iure vel ab homine inflictis in foro conscientie, quattuor casibus dumtaxat exceptis: Primus delatio aluminum sancte Cruciate contra prohibitionem camere apostolice a partibus infidelium aut illorum venditio. Secundus prohibitio devolutionis causarum ad Romanam curiam. Tercius scisma seu conspiratio in personam Romane (!) pontificis aut statum sancte Romane ecclesie. Et quartus transgressio inhibitionum et mandatorum in literis indulgentiarum huiusmodi contentorum, quos (articulo mortis dumtaxat excepto et debita satisfactione previa) pontifex sibi et successoribus suis reservavit. Quare pensatis hujusmodi casibus cum matura discussione peccatorum et circumstantiarum aggravantium confessiones audiant obicem gracia dei quantum poterunt removentes ac proposita districtione et fructu gratiarum et facultatum predictarum confitentes incitare curent ad illarum redemptionem. Insuper abstineant de absolutione censurarum ab homine latarum nisi in dicto foro conscientie ad effectum dumtaxat consequendas indulgentias et gratias huiusmodi, recepta ab excommunicatis cautione juratoria, quod infra terminum competentem parti lese vel cui obligantur in aliquo debito si nondum satisfecerunt et poterunt satisfaciant excommunicatorique se presentabunt suis mandatis obtemperaturi pro viribus.

Restrictio facultatum quo ad minores penitentiarios et confessores.

Auszug. Item ut penitentiarii minores nequaquam sine speciali commissione se intromittant de commutatione votorum maiorum puta ad limina apostolorum . . necnon de commutatione aliorum votorum, quorum expense . . ascendunt viginti fl. Rhenen. Similiter de compositione super bonis male etiam usuraria vel symoniaca pravitate quomodolibet acquisitis . . . necnon cum detentoribus bonorum ecclesiasticorum . . quorum summa . . asçendit 20 similes fl. Preterea abstineant dispensare super quavis irregularitate . . . . Necnon presbitericidas paricidas . . . . necnon magos, augures . . . quos omnes . . remittant ad commissarium aut vicecommissarium seu aliquem penitentiarium maiorem. Quod si huiusmodi personas sine magno periculo non possint remittere, tunc ipsi penitentiarii . . prefatos commissarium . . accedant, eisdem casus huiusmodi diligenter expósituri et facultatem pro hac vice . . petituri. Nec aliquam personam eis confitentem . . deserant inconsolatam . . . . .

Modus injungendi penitentias tam privatas quam publicas et commutandi easdem.

[Item ut prefati penitentiarii . . . *Öffentliche Bufse für schwere, öffentliche Sünder; Ordnung dafür.*]

Cura et forma adhibenda in absolvendo.

[*Form der Absolutio.* . . te absolvo primo a sententiis . . deinde a commissis per te excessibus . . . peccatis quibuslibet . . . et eadem auctoritate apostolica concedo et elargior tibi plenissimam omnium peccatorum tuorum veniam et remissionem ac cum altissimo reconciliationem et sacratissimi Jubilei etiam centesimi et singulas alias indulgentias in litteris apostolicis contentas. In nomine . . . Amen.

Abänderung dieser Formel für bestimmte Fälle.]

Distinctio quatuor gratiarum et facultatum.

Item ut commissarii vicecommissarii . . . provideant, quod manante Petri privilegio ex ipsius equitate feratur iuditium et attente considerent, quod in presentiarum cuilibet devoto offeruntur quatuor maxime gratie ita inter se distincte, quod quelibet earum possit absque alia seorsum obtineri. Quarum prima et summa existit plenissima peccatorum remissio cum aliis gratiis ratione sacri Jubilei etiam centesimi ac septem basilicarum alme Urbis et extra eam necnon proficiscentium ad recuperationem terre sancte et ad expugnationem perfidissimorum Paganorum Turcorum et scismaticorum et aliorum sacre orthodoxe fidei catholice et dominice crucis hostium pro viventibus tantum. Secunda est suffragium plenissime remissionis predicte in totalem penarum purgatorii relaxationem pro defunctis tantum. Tercia est maxima confraternitas ratione generalis ac perpetue participationis omnium bonorum spiritualium tocius universalis ecclesie militantis tam pro vivis quam pro defunctis. Et quarta est uberrimum confessionale cum indulto pociundi absolutionem etiam in casibus reservatis et commutatione votorum, necnon alia plenissima peccatorum remissione semel in vita et tociens quociens in mortis articulo iterum pro viventibus ad vitam ipsorum duraturis. Preterea quod hic supererogantur multe et varie facultates, quibus simul et fidelium saluti et prefate fabrice Constantiensis ecclesie subsidio liberalius consulitur, in textu Bulle specialiter expresse ac supra memorate puta absolutionem commutationem . . . cum similibus. Insuper quod unaqueque gratiarum et facultatum saltem maiorum premissarum specialem requirit operis utilitatem et quod pro prima gratia principali videlicet Jubilei et indulgentiarum consequenda generaliter preexigitur vera cordis contritio et oris confessio de peccatis necnon et unus vel alius illorum modorum subveniendi fabrice predicte adimpleatur, qui in Bulla exprimuntur, qui in speciali duo requirit simul Christifidelibus civitatum et diocesium pre-

dictarum et illuc confluentium in eis facilia et possibilia videlicet personalem ecclesiarum visitationem et realem elemosine contributionem seu in huiusmodi recompensam aliud opus pietatis in literis apostolicis designatum iuxta moderamen commissarii vicecommissarii seu confessoris hic etiam subsequen.

Modus deputandi ac visitandi septem ecclesias vel altaria pro prima gratia principali.

Besuch der 7 Kirchen, pro debilibus ac impotentibus der 7. Altäre. 7 Tage. Gebete. salvo tamen quod penitenciarii . . personis id petentibus ita possint abbreviare ut undecunque confluentes ad minus una et inhabitatores predicti tribus diebus dumtaxat sicut prefertur visitando ab ulterioribus visitationibus sint excusati, dummodo pro visitatione cuiuslibet ecclesie seu capelle aut altaris obmissa respective sexagesimam partem unius floreni Rhen. aurei ad capsam dicti Jubilei cum effectu transmiserint.

Am Rande von gleichzeitiger Hand: ad quam taxam nullus astringatur, sed committatur voluntati confitentis.

Taxe contributionum fiendarum pro prima gratia principali.

Item ut quantum ad realem elemosine contributionem pro Jubilei et basilicarum septem et aliarum indulgentiarum gratia consequenda cuilibet pro se et uxore tantam contributionem seu oblationem in pecunia numerata imponat ad capsam, quantum per unam ebdomadam integram in domo habitationis sue pro ipsorum et familie eorum victu consueverit exponere, que expense per commissarium, vicecommissarium, penitentiarios seu confessores secundum conditionem personarum moderentur, habentes respectum ad mechanicos et similes personas, qui habent magnam familiam, non secundum eorum facultates sed ut ex familie hujusmodi opera necessaria adquirant, qui non obligentur ad contributionem secundum quantitatem familie. Simili modo qui habent magnam sobolem. Verum private et singulares persone puta famuli et famule tantum contribuant, quantum salarii per unum integrum vel saltem medium mensem aut tempus arbitrarium per penitentiarium seu confessorem deservire solent. Necnon omnes alii qui lapides saxa ligna et alia ad constructuram turrium . . . necessaria donaverint, inciderint vel adduxerint aut per se . . diebus sex . . construendo propriis sumptibus laboraverint, seu es stannum cuprum calibem ferrum plumbum et alia genera metallorum ac conflandum campanas ac construendum turres opportuna valoris . . per septimanam pro victu . . . dederint. Episcopi vero Abbates, Prepositi . . . beneficia magni valoris obtinentes, necnon Duces, Marchiones, Comites barones nobiles prefecti officiales mercatores et cives multum abundantes haben-

tes respectum ad eorum facultates iuxta dictamen rationis secundum cujuslibet ipsorum magnificentiam et liberalitatem penitentiariorum seu confessorum freti consilio contributionem capse imponant seu imponi curent. Ceterum qui voluerint huiusmodi gratias non solum pro se ipsis sed etiam pro liberis seu prolibus eorum viventibus promereri, illi pro omnibus liberis seu prolibus suis utriusque sexus adhuc in ipsorum parentum potestate existentibus coniunctim predictam medietatem ad minus imponant, respitiendo ad statum aut conditionem et taxam ipsarum personarum coniugatarum aut solutarum huiusmodi liberos seu proles habentium ut prefertur, sic tamen quod in omnibus premissis ipsorum penitentiariorum et confessorum discretio et moderatio libera existat quatinus et diciores bone voluntatis ad plus contribuendum quam premittitur non detrahantur et pauperes ultra verisimilem possibilitatem non graventur, prout infra subjungitur, ne regnum celorum plus divitibus quam pauperibus patere putetur.

Taxe contributionum fiendarum pro diversis facultatibus.

Item ut quantum ad facultates . . que sunt commutatio votorum, restitutio male adquisitorum . . necnon absolutio . . cum symoniacis ac irregularibus . . ac illicite coniugatis . . . faciendum licet regulariter . . in usum fabrice . . ad capsas Jubilei tantum mittere teneantur si commode possint, quantum alias pro illarum consecutione puta versus urbem Romanam aut ad sanctum Jacobum vel ad sepulcrum dominicum . . expendere vel quantum ad male adquisita . . restituere haberent, tamen dicti commissarii . . . personarum et causarum meritis exigentibus possint huiusmodi usque ad dimidiam seu terciam aut ejus quartam partem . . . remittere, que in usum fabrice predicte et huius sancti negocii contribuantur.

Taxa liberandi animas de purgatorio.

Item ut quantum ad secundam maximam graciam videlicet pro vita functis redimendam ratione visitationis pro eis faciende seu ut quo ad ejusdem abbreviationem et redemptionen aut remissionem pari modo procedatur, prout supra dictum est de vivis et quo ad erogationem requisitam, ut unusquisque illis et tot animabus in presentiarum per dictas indulgentias succurrisse censeatur, pro quibus et quot medietatem vel saltem terciam partem illius, quod iuxta supradictam ordinationem pro se ipso pro prima gracia principali consequenda contribuit aut verisimiliter contribuere deberet, in capsas prefatas imposuerit et ut pro patre et matre defunctis, erga quos ista pietas merito exercebitur, sufficiat unam quottam hujusmodi dumtaxat imponere necnon qui plura beneficia defunctorum reportavit eorundem saluti propensius et efficatius per huiusmodi salutaris thesauri redemptionem provideri teneatur et quod cupientes in hac parte

subvenire defunctis, non tenentur primum esse contriti atque confessi nisi solum de bene esse, cum istius meriti subsistentis non vivorum sed defunctorum caritati imitatur. Pauperum autem ratio habeatur ut infra subjungitur.

Modus consulendi impeditis et aliis devotis.

Item quo ad illos qui propter . . impedimenta non poterunt loca indulgentiarum huiusmodi accedere aut . . visitationes . . expedire . . . insistantur tenori et menti textus Bulle . . . habendo videlicet respectum ad statum personarum necnon indemnitatem earundem et animarum salutem et conscientie quietem et pacem et ut discrete agatur cum pauperibus necnon episcopis . . ducibus . . magnam familiam habentibus . . Preterea ut commissarii . . recognoscant eorum conscientias desuper esse . . oneratas, quatenus visitationes et contributiones . . ita provide moderentur, ut auctoritas ecclesie ac hujusmodi thesaurus minime vilescat et pauperes nequaquam ultra vires graventur. Insuper quod uxores hujusmodi indulgentias . . promereri cupientes ac de bonis maritorum ipsis invitis disponere nequeuntes possint de propriis bonis suis maritis invitis contribuere aut si nihil habuerint seu impedite fuerint ad erogandum, devotis precibus hujusmodi contributioni supplere.

Qui censeantur impediti et qui pauperes.

Item ut in proposito ultra specificato in bulla impediti intelligantur. Primo captivi aut incarcerati vel in vinculis detenti. Secundo persone partui vicine . . . aut que pro suo aut dictarum prolium victu quottidiano indies habent laborare nec possunt a domibus suis abesse. Tercio qui propter inimicitias . . . loca indulgentiarum non . . audent accedere. Quarto mulieres coniugate, que sine consensu viri se absentare non debent, quibus maritus denegavit consensum. Et idem juditium de filiis et filiabus . . . et generaliter omnibus illis, qui de jure vel de facto . . . impediuntur peregrinari. Pauperes vero intelligantur primo qui victum mendicant, secundo religiosi mendicantium utriusque sexus, quia propria non habent. Tercio religiosi non mendicantes qui sub odedientia superiorum non habent aliquod peculium . . nec possunt impetrare a suo superiore taxam imponendam. Quarto qui de laboribus et artificio manuum suarum vel alia honesta industria sibi et suis victum quottidianum comparantes non tantum habent de bonis temporalibus repositis, quantum eis sufficeret ad victum in casu quo superveniret infirmitas aut aliud impedimentum suum artificium prefatum non exercendi. Et idem intelligitur de matronis viduis et filiis familias cum similibus. Et huiusmodi pauperes ab aliis divitibus devotis taxas exolvendas si possint procurent. Et in eventum denegationis contributionis defectum juxta suorum con-

fessorum consilia orationibus devotis ad deum et ejus genitricem compensent.

Modus distribuendi et redimendi litteras confessionalium.

Item ut relique due gratie principales videlicet maxime confraternitatis et uberrimi confessionalis (pro quibus redimendis etiam non oportet contritum et confessum esse vel ecclesias capellas seu altaria visitare) insimul litteris desuper confectis inserte una dumtaxat quotta contributionis redimantur. Et ut hujusmodi litterarum distributio fiat per viros bonos et legales personarum noticiam competenter habentes, quibus eciam licebit pecunias exinde provenientes, cum de illis fideliter respondere teneantur, sublevare ac singulas litteras hujusmodi apparatas ita redimendas exponere, ut quattuor ipsarum in bergameno confectarum pro uno floreno rhenen. aureo vel paulo pluri videlicet ad quattuor solidos denariorum Constantiensium aut sex plaphardos Argentin. secundum exigentiam distribuantur. Nec eas alicui gratis concedi nisi forte personis bene meritis hujusmodi negotio inservientibus. Et hoc de speciali mandato commissariorum aut vicecommissariorum. Et ut dicti distributores tam litteris predictis quam registro seu libro ad hoc ordinato nomina cognomina singulorum redimentium et pro quibus redimuntur seu alias gratis obtinentium inscribant ac sese singulis litteris manu propria subscribant, ita ut universaliter vir et uxor sua legittima, cum censeantur unum corpus, unis et eisdem litteris si voluerint inscribantur. Sed principes ac proceres seu magnates et alii diciores tam conjugati quam soluti pro singulis ipsorum utriusque sexus personis respective singulas litteras huiusmodi rediment. Deinde aliorum minus potentum liberi . . . in parentum potestate constituti . . una cum eorum parentibus eisdem vel si ad numerum sex aut ultra personarum ascenderint ad partem unis litteris imponi, dummodo pro singulis liberis hujusmodi inscribendis unus solidus denariorum Constan. seu blaphardus Argentin. aut ejus valor ordinarie taxe accumuletur; reliqui vero singuli singulas litteras hujusmodi pro se ipsis ac etiam alias pro fautoribus et amicis eorum absentibus, quos ad hoc devotos et id exoptare cognoverint, redimere valebunt. Et ut pauperibus, de quorum inopia curati seu confessores eorum in hoc negotio deputati in verbo veritatis fidem fecerint probabilem, ita quod nullatenus possunt iuxta predictam ordinationem contribuere, ministrentur littere hujusmodi in papiro cum sigillo impresso gratis, quibus dicti pauperes cum eorum uxoribus et liberis omnibus inscribantur salva in omnibus ante dictis discretione . . . commissariorum . . . Et ut ipsis pauperibus injungatur, quatinus ad capsam . . . majorem saltem contribucionem juxta suum arbitrium si possunt imponant vel si nihil prorsus poterunt in recompensam contribucionum tribus vicibus tres oraciones dominicas cum totidem salutationibus angelicis persolvant.

Modus agendi cum religiosis utriusque sexus ordinum quorumcunque.

Item ut propter humanam fragilitatem et periculum salutis animarum evitandum Prelati et superiores vel procuratores religiosorum quorumlibet utriusque sexus tam mendicantium quam non mendicantium etiam Carthusiensium volentes hujusmodi indulgentias pro universis suarum respective congregationum personis promoveri, Canonici quidam regulares ac Benedictinenses et Cistercienses et alii quicunque redditus et proventus annuos habentes super contributione per eos fienda cum dictis commissariis aut vicecommissariis oportune componant, Priores vero et Guardiani ordinum mendicantium nil proprii habentes ad instar pauperum hujusmodi contributionem juxta modum supra memoratum missis et aliis orationibus compensent. Et ut . . . persone . . in hoc casu libere possint . . . sacerdoti per ipsos commissarios . . ad hoc deputato . . . confiteri. Insuper ut in eventum quo prefati Prelati aut Superiores vel procuratores in apostolicis auctoritatibus et hujusmodi thesauri parvipendium proterve contempserint aut neglexerint istas indulgentias pro se ac subditis suis debite redimere vel procurare, quatinus eis in monasteriis seu conventibus suis perfruantur vel libertatem confitendo ut prefertur denegaverint, tunc subditi antedicti possint ratione libertatis jubilei, qui ab omni humana servitute exemptus existit, licentia petita licet non obtenta pro hujusmodi exire ac si vel etiam non exeuntes possint si quid justum de bonis eorum paternis aut jure successionis vel alias dictis conventibus seu monasteriis advenientibus obtinere valuerint, pro hujusmodi gratiis consequendis contribuere vel per suos amicos facere contribui, etiam dictis prelatis aut superioribus vel procuratoribus invitis et contradicentibus. Quibus proinde sub pena excommunicationis late sententie mandatur, ne premissa impediant pro ista vice dumtaxat. Et sub eadem pena religiosis antedictis, qui occasione premissorum exierint, similiter districte precipitur, ut statim opera per ipsos pro dictis gratiis consequendis impensa revertantur ad suorum superiorum obedientiam. Preterea ut pro quolibet monasterio seu conventu hujusmodi ordinum possit distribui unum confessionale, quod ipsi eorum prelati vel superiores aut procuratores stante compositione supradicta pro non mendicantibus favent scribi. Et sigillator cum distributore hujusmodi litterarum prout decet apparebunt nomina omnium fratrum ibidem tunc moram trahentium etiam imponendo. Sed illis de ordine mendicantium, qui propria non habent, qui propter singulares eorum labores de hujusmodi negocio bene meriti fuerint, liceat predictum confessionale gratis obtinere.

Qualiter pro nunc indispositis et recidivantibus consulatur.

Item ut ad removendum frequentiorem vulgi hesitationem propter formam ecclesie consuetam pro indubitato teneatur, quod si quis tempore

quo hujusmodi Indulgentie publicantur propter odium vel inimicitiam cum proximo vel alias causas indispositas (!) ad debite peccata sua conterendum et confitendum, licet in aliis foret dispositus, stante dicta publicatione ad cistam Jubilei juxta supradictam ordinationem imposuerit, nihilominus potuerit deinceps ante finem principalis termini negocio prefixi qui erit ultima die quadragesime de anno domini millesimo quingentesimo decimo quinto in qualibet trium quadragesimarum hujusmodi quando sibi fuerit conveniens confessori pro tempore deputato seu per ipsum electo confiteri ac eisdem quibus alii gratiis et facultatibus potiri. Necnon quod semel expeditus pro istarum gratiarum consecutione recidivans et oblitorum recordatus possit de novo in locis ubi adhuc publicantur confiteri imponere et promereri nec habuit necessario priorem confessorem accedere nisi ex laudabili congruentia.

Modus et cura adhibenda post finem indulgentiarum circa custodiam capse.

Item ut finita qualibet trium quadragesimarum commissarii et vicecommissarii prehabita solenni processione per circumferentiam ecclesiarum, in quibus indulgentie publicate fuerint, et sublata imagine beate virginis ut supra capitulo quinto et sexto ac in fine lacius continentur, capsas seratas bene circumspiciant et non inspectas ad sacrarium seu alium locum tutum deponant sub firma custodia, que per depositarios tam diu sollicite in custodia observentur, donec fide digne persone a nobis Decano et capitulo ac procuratoribus fabrice ecclesie nostre memorate speciale mandatum habentes easdem capsas repetere et aperire ac pecunias ex eisdem extrahere et numeratas per notarium publicum describi curaverint nobis et procuratoribus prefatis fideliter prästandas.

Modus intronisandi Indulgentias.

Primo itur cum processione ante summum officium ad ecclesiam N., in qua Bulla accipiatur, et cantentur Antiphone: Surgite sancti de mansionibus vestris. Antiph.: Cum jocunditate exibitis etc. He antiphone canuntur in diebus Rogationum. Si vero via restat, cantentur responsoria: Emendemus in melius, In omnibus exhibeamus nos etc, Ecce nunc tempus acceptabile etc. Illa responsoria habentur dominica prima quadragesime. Si vero non habentur in notis, recipientur responsoria de patronis seu de sanctis, circa quorum ecclesias versatur. Cum vero pervenitur ad locum, ubi commissarius cum bulla et penitenciariis expectat ac Bulla acceptatur, canitur flexis genibus antiphona: Veni sancte spiritus etc sequitur per commissarium seu majorem prelatum versus: Emitte spiritum etc et renovabit etc Oremus Deus qui corda fidelium etc. Deinde vocentur penitentiarii et confessores et canitur antiphona: Simon bariona, require eandem in Cathedre festo sancti Petri cum versiculo: Tu es

Petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam. Oratio: Deus qui beato Petro apostolo tuo collatis clavibus regni celestis ligandi atque solvendi animas pontificium tradidisti, concede propicius, ut intercessionis ejus auxilio a peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui cum patre etc. Statim penitentiarii et confessores per commissarium deputabuntur cum traditione baculorum alborum unicuique ad manus. Quo peracto reditur ad summam ecclesiam cum antiphona: Advenisti desiderabilis quem expectabamus, ut habetur in die festo Pasche ad processionem in antiphona: Cum rex glorie etc. Si via restat, cantentur responsoria: Felix namque etc Beati estis sancti dei omnes etc. Redeunte vero processione ad ecclesiam majorem fiat stacio et canitur solenniter canticum Ambrosii et Augustini: Te Deum laudamus usque ad finem. Quo cantato sequitur flexis genibus antiphona: Ave regina celorum cum versiculo: Ora pro nobis sancta Dei genitrix etc. Ut dig. etc. Oratio. Famalorum (!) tuorum quesumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi de actibus nostris placere non valemus, genitricis filii tui auxilio a cunctis iniquitatibus resurgamus. Qui tecum etc. Postea fit regressus ad chorum et inchoatur summum officium.

Modus observandi laudes quottidianas.

Et primo in diebus dominicis ac festivitatibus beate Marie virginis necnon terciis, quintis feriis et sabbatis, interim dum completorium peragitur, pulsetur campana major, singulis vero in choro finitis et decantatis commissarius cum penitentiariis et confessoribus ceteris clericis ad hoc deputatis ad stacionem descendentes duo pueri cum totidem cereis ardentibus omnibus precedant et postremo loco dicti commissarii et ceteri cum albis baculis comitentur et stent ordinate circa imaginem erectam ab utraque parte ecclesie, cantores sub eodem descensu cantabunt antiphonam: Ave regina celorum vel antiphonam: Gaude dei genitrix seu consimilem de beata virgine, qua finita sequitur versiculus: Ora pro nobis etc cum collecta: Famulorum tuorum quesumus etc ut supra. His finitis pueri ante imaginem cantent flexis genibus himnum: Nostris malis offendimus deus tuam clementiam. Chorus: Effunde nobis desuper remissor indulgentiam. Pueri: Memento quod sumus tui licet caduci plasmatis. Chorus: Ne des honorem nominis tui precamur alteri. Pueri: Laxa malum quod gessimus, auge bonum quod poscimus. Chorus: Placere quod tandem tibi possimus hic et perpetim Ex hymno: Ex more docti etc. dominica prima Quadragesime. His peractis fit reditus ad chorum cum antiphona de omnibus sanctis videlicet Salvator mundi salva nos etc vel antiphona: Gaudete et exultate etc seu consimilis, sequitur versiculus Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. Oratio: Omnipotens sempiterne deus immensam clementiam tuam humiliter imploramus,

ut qui fragilitate carnis prepediti innumerabiliter peccavimus, sanctorum tuorum omnium assiduis precibus adjuvemur, quatinus eorum suffragantibus meritis ab omni adversitate mentis et corporis liberemur Per Christum dominum nostrum Amen. Aliis vero diebus videlicet secundis, quartis et sextis feriis sub predicto descensu canitur antiphona: Media vita in morte sumus etc. quam sequitur in fine immediate versiculus: Domine non secundum peccata nostra etc neque secundum iniquitatis etc. Oratio: Deus cui proprium est misereri semper et parcere etc. Sequitur per pueros: Maria mater gratie mater misericordie. Chorus: Tu nos ab hoste protege, in hora mortis suscipe. Pueri: Maria virgo virginum deposce nobis omnium. Chorus: Remissionem criminum placando tuum filium. Pueri: Gloria tibi domine, qui natus es de virgine. Chorus: Cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula Amen. His finitis fit regressus ad chorum, antiphona de omnibus sanctis, versiculo et collecta ut supra.

Ordo pro depositione imaginis seu indulgentiarum.

Facta congregatione tocius cleri de mane ante summam missam fiat processio solennis cum deportatione reliquiarum sanctarum per circuitum seu circa monasterium et in ejusdem processione commissarius aut major prelatus cum Bulla penitenciariis sibi adjunctis habebunt ordinem supremum et inter circumeundum cantentur responsoria: Summe trinati. Felix nanque etc seu de patronis vel Beati estis. Introeundo vero ecclesiam ac stacione ab utraque parte facta canitur antiphona: Media vita etc cum versiculo. Domine non sum etc et collecta: Deus cui proprium etc, Sequitur per pueros ante imaginem flexis genibus himnus: Maria mater gratie mater misericordie. Chorus: Tu nos etc cum reliquis sequentibus ut supra in laudibus quottidianis. Finita collecta canitur antiphona de omnibus sanctis: Laudem dicite deo nostro omnes sancti etc que antiphona repetitur. Sequitur psalmus: Magnus dominus et laudabilis etc usque in finem cum Gloria patri etc. Sequitur: Kiri eleyson, Christe eleyson, Kiri eleyson. Pater noster. Ave Maria. Et ne nos inducas. Sed libera nos etc. Versiculus: Peccavimus cum patribus nostris. Injuste egimus iniquitatem fecimus. Versiculus: Exaudi domine deus noster oraciones nostras et reconciliare nobis. Versiculus: Erige domine brachium tuum in adjutorium servorum tuorum. Versiculus: Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum speravimus in te. Versiculus: Domine exaudi orationem meam Et clamor meus ad te veniat. Dominus Vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus: A cunctis nos quesumus domine mentis et corporis defende periculis etc. Per eundem Christum etc. Amen. Sequitur: Te Deum laudamus usque ad finem. Quo finito fiat regressus ad chorum et cantetur Summum officium.

Auf einen Vergleich mit älteren und jüngeren Instruktionen habe ich verzichtet, da das mich allzuweit von meiner eigentlichen Aufgabe abgeführt hätte.

36. Die den Ablafs betreffenden Einträge in der Rechnung der Domfabrik Konstanz. 1513 Mai 1 — 1514 Mai 1 (bez. Juli 6).

Aus dem Original im Generallandesarchiv zu Karlsruhe.

A. Einnahme der Fabrik.

Percepta ex cista fabrice.
anno XV^c XIII°.

	℔	ß	₰
Item 2da Maii anno XV^c XIII° percepi de peccuniis Jubilei II^cXXXX fl. in moneta magna Constan. fac. . . .	180.	—	—
Item 2° Maii habui de peccuniis Jubilei in moneta Const.	84.	—	—
Item 8. Junii habui de peccuniis Jubilei CV fl. in auro fac.	80.	1.	3.
Eodem die de eisdem peccuniis habui in moneta Constan.	43.	10.	—
Item 15. Junii habui de peccuniis Jubilei in moneta Const.	102.	10.	—
Eodem die habui dick den.	27.	11.	—
[*Seitensumme:* 517. 12. 3.]			
Item 2. Junii vel 3^a ante Johannis Baptiste habui de peccuniis Jubilei in moneta Constan.	75.	—	—
Item 25. Junii ex cista fabrice in moneta Constan. LII flor. fac.	39.	—	—
Eodem die habui ex cista in obulis Constanciensibus XV fl. fac.	11.	5.	—
Eodem die ex cista in denariis concordationis XX flor. computando XVII ½ ß pro flor. fac.	15.	—	—
Eodem die in obulis conco. XV ℔ heller computando II ℔ h. pro fl. fac LV fl. fac	41.	5.	—
[*Seitensumme:* 211. 10. —.]			
Item 28. Junii habui ex cista fabrice in moneta Constan. XXXV fl. fac.	33.	15.	—
Item 8. Julii habui ex cista fabrice in obulis conco. CLXVIII lib. heller conputando II ℔ pro fl. facit LXXXIIII flor. fac.	63.	—	—
Item 15. Julii que fuit dies s. Margarete habui de peccuniis Jubilei in moneta Constan. L flor. fac. . . .	37.	10.	—
Item 21. Julii habui ex cista fabrice in moneta Constan.	61.	—	—
Eodem die habui ex cista in Rollebaciis Swicensibus LXXXV flor. computando XVI batzen et II ₰ pro flor. fac.	63.	15.	—
[*Seitensumme:* 259. — —.]			
Item eodem die ut supra videlicet 21. Julii habui ex cista fabrice in obulis Const.	16	—	—

	℔	ß	₰
Eodem die habui in denariis conco. XXI ℔ heller computando XVII ½ ß d. pro floreno. fac. XII flor fac.	9.	—	—
Item 22. Augusti habui ex cista fabrice XL flor. in auro, facit	30.	10.	—
Item habui a ven. domino de Sax in denariis conco. XXIX flor. computando XVII ½ ß pro fl. dummodo fuimus in Roschach fac.	21.	15.	—
Item 3ª Septembris habui de peccuniis Jubilei in moneta magna Constan. IIᶜ XXV flor. facit	148.	15.	—
[*Seitensumme:* 246. — —.]			
Item 6. Septembris habui ex cista fabrice in obulis conco. LXXV ℔ d. computando I ℔ d. pro fl. facit . . .	56.	5.	—
Eodem die habui in denariis conco. X ℔ X ß ₰ computando XVII ½ ß d. pro fl. fac. XII fl. facit . . .	9.	—	—
Item ultima Septembris habui de peccunia Jubilei in moneta Constan. CLX fl. fac.	120.	—	—
Item 18. Octobris habui ex cista fabrice in obulis conco. CLXXX ℔ hl. computando II ℔ pro flor. fac. LXXXX fl. fac.	67.	10.	—
Item 22. Octobris habui ex cista in moneta Const. XL flor. fac.	30.	—	—
[*Seitensumme:* 282. 15. —.]			
Item 29. Octobris habui ex cista fabrice C ℔ hl. in obulis conco. computando II ℔ hl. pro fl. fac. L fl. facit .	37.	10.	—
Item 9. Novembris habui ex cista videlicet de illis quingentis flor. quos dedit Johannes Schmid de Pfyn pro victaliciis C flor. in auro fac.	76.	5.	—
Eodem die habui de peccuniis Jubilei in moneta Constan. XXXX flor. fac.	30.	—	—
Item 19. Novembris habui ex cista in moneta magna Const. XXXXV flor. fac.	33.	15.	—
Eodem die habui in obulis conco. XLVI ℔ heller computando II lib. hell. pro flor. fac. XXIII flor. facit .	17.	5.	—
[*Seitensumme:* 194. 15. —.]			
Item 21. Novembris habui ex cista fabrice in obulis conco. CLXII ℔ hell. computando II ℔ hl. pro floren. fac. LXXXI flor. facit	60.	15.	—
Item 3. Decembris habui de peccuniis Jubilei in moneta Const.	14.	15.	—
Eodem die habui ex cista fabrice in moneta Constan. . .	12.	15.	—

	℔	ß	₰
Item 5. Decembris habui de peccuniis Jubilei XXI ℔ d. in denariis conco. facit XXIIII fl. fac.	18.	—	—
Eodem die habui ex cista in obulis conco. CVI fl. computando II ℔ pro fl. facit	79.	10.	—
Item 11. Decembris habui ex cista in moneta magna Constant.	75.	—	—
Et pro domino de Lupffen LX fl. facit	45.	—	—
[*Seitensumme:* 305. 15. —.]			
Item 4. Januarii habui ex cista fabrice in obulis conco. LXXXX ℔ hell. computando II ℔ hl. pro floren. fac. XLV fl. facit in moneta	33.	15.	—
Item 24. Februarii habui ex cista in moneta VI^c^XXXVI fl. IX s. V ₰ pro expensis exponendis in facto fabrice occasione Jubilei facit	477.	9.	5.
Item eodem die habui in auro Rhenensi videl. CLXXXVI flor. VII ß X d komen uß der muntz was böß verbotten vnnd ring gewesen facit	142.	4.	4.
Item 15. Marcii habui ex cista in moneta C flor. fac. . .	75.	—	—
[*Seitensumme:* 728. 8. 9.]			

Summa summarum omnium perceptorum ex cista facit II^m^ VII^c^ XXXXV. ℔ XVI ß ₰.

Unter den weiteren Posten:

Item percepi a domino Francisco pro confessionalibus expositis tempore quadragesime videlicet	—	8.	—
Item a doctore Egg qui habuit equum per 1 diem . . .	—	1.	6.
Item percepi a fratre Pangratio ordinis Carmelitarum pro equo, qui erat doctoris medici XI ½ fl., sic erat etiam emptus ad Jubileum, fac.	8.	12.	6.
Item 24. Februarii percepi a vener. domino doctori Meßnang II fl. in auro et XIIII ß III ₰ in moneta, quos reservavit de XX fl. sibi datis equitando ad Augustam, facit	2.	4.	9.

B. Ausgabe der Fabrik.

Secuntur Exposita in facto fabrice occasione Indulgentiarum.

	℔	ß	₰
Item 6. Martii exposui fratri Thome ordinis Scti Augustini pro ain schimel, was ain hengst, mit der halffter XVI fl pro domino de Sax	12.	—	—

	℔	ß	₰	
Eodem die Martino Gutman de Marckdorff etc pro ain schimel was ain munch mit zom vnnd halffter XV fl. pro domino de Sax	11.	5.	—	
Item eodem die Jacobo zum Hecht pro ain fälcklin mit sattel zom vnnd halffter XIII flor. fac.	9.	15.	—	
Item exposui Johanni Metzger de Stadelhouen vmb ain rot munchlin mit zom vnnd halffter VII fl . . .	5.	5.	—	
Item Danieli Labart vmb ain munch mit zom vnnd halffter exposui XII flor. fac.	9.	—	—	
[*Seitensumme:* 47. 5. —.]				
Item Leonardo Berckman exposui pro ain munch mit sattel zom vnnd halffter XI fl. 1 ß ₰	8.	6.	—	
Item dem Weckerlin vmb ain klain fäliß rößlin was ain munch ward entlch net must im bezalen ward verderbt	6.	3.	9.	
Item domino Gabrieli procuratori dominorum, qui fuit missus ad Schaffhusen pro consensu indulgentiarum, et ibidem consumpsit et alias exposuit juxta cedulam presentatam	8.	1.	8.	heller 1.
Item exposui venerabili domino de Bubenhoven equitanti ad ducatum Wirtenbergensem XX fl. in auro et V fl. in moneta	19.	—	—	—
Item dominus prepositus Attenhover consumpsit cum servo et duobus equis equitando ad Sanctum Gallum et alia loca	11.	5.	6.	
Item dominus Georgius Mayer consumpsit ad Rudlingen et alia loca cum servo et duobus equis, quod expositum est	6.	19.	3.	
[*Seitensumme:* 59. 16. 2. 1.]				
Item venerabilis et generosus dominus Comes Jo. de Lupfen consumpsit metquartus et cum quinque equis ad Ulmam et alia loca equitando in summa videlicet . .	17.	16.	6.	
Item magister Georgius Bock consumpsit in Ulma post recessum Comitis	4.	17.	6.	
Item exposui doctori Wendelino equitanti ad Stuggardiam XXX fl. in auro	22.	17.	6.	
tem doctor Jo. Egg consumpsit cum servo et duobus equis ad Fryburgum	8.	6.	3.	
Item exposui domino Georgio Fridower equitanti ad Lindow et ad alia loca quinque loca (!) XII fl. et pro roßlon II fl 1 ß VI ₰ facit	10.	11.	6.	

	℔	ß	₰
Item exposui fratri Sebastiano ordinis predicatorum V fl. in auro et II fl XI ß in moneta et pro roßlon III fl .	8.	1.	9.
Item doctori Steffano eunti ad Ravenspurg exposui VI fl. fac.	4.	10.	—
[*Seitensumme:* 77. 1. —.]			
Item 10. Marcii exposui famulo vener. doctoris Luce pro nuntio eunte ad curiam Romanam	1.	—	—
Item nuntio procuranti materialia et vexilla de Marckdorff	—	3.	—
Item 14. Marcii famulo vener. domini de Herttenstain pro sumptuariis	—	15.	—
Item 15. Marcii nuntio Mici de Ulma portanti II^c folia materialium ad Ravenspurg et alia loca usque ad Ulmam	—	2.	6.
Item 20. Marcii domino Leonardo Veldegk qui fuit in Uberlingen pro doctore Johanne ad predicandum Ravenspurge	—	6.	6.
Item nuntio Schwartzhansen procuranti materialia ad Lindow uff aim fälis roß	—	6.	—
Item nuntio qui sequebatur prepositum Zurtzachensem ad Sanctum Gallum cum litteris	—	4.	—
[*Seitensumme:* 2. 17. —.]			
Item Jacobo Karrer nuntio misso ad Lucernam 28. Martii cum litteris confessionalibus exposui	—	11.	—
Item 2 apprilis exposui nuntio Augustino procuranti materialia et confessionalia ad Vilingen, Fryburgum et Basileam	1.	3.	—
Item exposui omnibus nuntiis tunc Constantie presentibus ad omnia loca formas absolutorii et modos visitandi ecclesias	1.	6.	6.
Item aliis nuntiis venientibus vice post vicem pro confessionalibus afferendis	1.	5.	—
Item nuntio de Lindow, qui ultimo attulit V^c confessionalia	—	9.	—
Item quinque nuntiis procurantibus litteras pro depositione indulgentiarum ad omnia loca videlicet Eustachio, Augustino, Urbano, Jeronimo et Jodoco Thierhopter . .	3.	2.	—
Item nuntiis portantibus confessionalia ad Luzernam, ad Ehingen et Sanctum Gallum	—	18.	—
[*Seitensumme:* 8. 14. 6.]			
Item exposui Ulrico Huxen pro XIX eln rot linwat ad IIII ymagines et VI vexilla	2.	8.	6.

	℔	ß	₰
Netrici davon zu machen et pro roten faden	—	1.	8.
Item Matheo pictori davon ze malen pro 1 vesperbild IX ß et pro 1 fan 1/2 fl fac.	4.	1.	—
Eidem pro armis moderni pape Leonis in vexillo serico et in VII tabulis ligneis fac.	—	5.	9.
Item exposui impressori pro mille mandatis et XVIIIc confessionalibus zu trucken	3.	4.	6.
Item von den bichtbriefen zu siglen und umb VI ℔ wachs unnd zinnober omnibus in unam summam computatis .	2.	8.	8.
Item aurifabro pro signeto ad litteras testimoniales ze graben	—	2.	—

[*Seitensumme:* 12. 12. 1.]

	℔	ß	₰
Item dem zunfftmaister Koch exposui pro CXVIII hut pergamen	8.	10.	—
Item Diethalmo Drayer umb 82 capsis ad transsumpta et commissiones	—	19.	7.
Item umb 6 fel rot lösch pro nuntiis hincinde	—	9.	3.
Item umb schnür unnd tuchend materialia damit zu binden	—	1.	6.
Item seratori von klamen zu der lad ze machen	—	3.	—
Item domino de Clingenberg III ß d, quos dedit cuidam nuntio huius negotii	—	3.	—
Item pedello in Canstatt, qui primo insinuat mandata indulgentiarum plebanis in dominio Wirtenbergensi per quatuor dies et abhinc duxit materialia ad Stuggardiam uff ain felis roß, pro quibus exposui	1.	5.	—

[*Seitensumme:* 11. 11. 4.]

	℔	ß	₰
Item exposui roßlon pro doctore Egg per XVI dies sublevando peccunias jubilei domino Felici	1.	4.	—
Item pro roßlon servi ejusdem doctoris per tot dies Ulrico Alber	1.	4.	—
Item Jodoco rasori qui accomodavit asinum domino magistro Georgio Bock per novem dies davon ze lon	—	13.	6.
Item Cristanno Hafen roßlon pro servo ejusdem magistri Georgii et per tot dies exposui	—	13.	6.
Item exposui roßlon pro domino Georgio Fridower, qui habuit equum a Jodoco Rasori per X dies, sublevando peccunias per sex loca	—	15.	—
Item exposui roßlon pro Johanne Conrado Notario equitanti cum doctore Wendelino per XVI dies	1.	4.	—

[*Seitensumme:* 5. 14. —.]

	℔	ß	₰
Item dominica Oculi exposui ad prandium in curia domini Custodis pro piscibus et pro vino pincerne dominorum	2.	11.	1.
Item pro V schindeltrucken ad confessionalia et pro wißmel materialia uff ze limen	—	7.	4.
Item exposui 18 scriptoribus pro 4 transumptis Julii, 39 transumptis Leonis, 38 commissionibus generalibus et 7 specialibus et aliis quampluribus copiis, ut patet in cedula mihi per ven. dominum decanum presentata, in qua assignata fuit quotta omnium predictorum et subsequentium videlicet quotta Leonardi Altweger, Leonardi Russel et substituti sigillifferi in summa totali fac. . .	30.	17.	6.
Item exposui domino Johanni Taglin V lib. XVIII ß IX d. pro succentoribus et choralibus a prima die indulgentiarum usque ad ultimam distribuenti cuilibet succentori III d. et cuilibet chorali et ministranti 1 ₰	5.	18.	9.
[*Seitensumme:* 39. 14. 8.]			
Johanni Will notario exposui post rationem secum factam per dominos meos commissarios 12 Maji	12.	—	—
Substituto eiusdem pro laboribus suis habitis in illo negotio	1.	10.	—
Item domino Francisco distributori confessionalium ex commissione domini decani exposui IIII fl. facit	3.	—	—
Item exposui Petro servo domini doctoris Wendelini deservienti per decem septimanas ex commissione commissariorum	3.	—	—
Item servo ven. domini de Sax pro suis laboribus ex commissione eorundem	1.	10.	—
Item impressori von II^c^XXV confessionalia ze trucken post festum pasce ze truckhen in pergameno	—	4.	—
Item davon ze siglen pro bibalibus	—	1.	—
[*Seitensumme:* 21. 5. —.]			
Item magistro Hainrico sellatori pro 1 sattel zug fúrbug, hoptschudel, ain felis sättelin gurt riemen halffter zugel unnd anders pro domino de Sax	2.	5.	—
Eidem von aim felis sättelin mit riemen pro doctore Wendelino	—	3.	—
Eidem pro gurtriemen und anders pro dominis Lupfen unnd Meßnang	—	4.	6.
Item alio sellatori pro ain fälis settelin pro domino de Sax	—	1.	9.
Item magistro Conrado sellatori exposui de omnibus factis pro doctore Botzheim, Johanne Bock, doctore Wendelino, pro doctore Egg et servis eorundem	2.	17.	9.

	℔	ß	₰
Item Jacoben Spawer exposui umb 1 par stegrayff und aine biß ze bessern pro domino de Sax	—	8.	6.
Item iterum Hainrico sellatori von ettlichen sättlen ze fullen och gurt unnd riemen ze machen	—	5.	6.
[*Seitensumme:* 6. 6. —.]			
Item exposui magistro Johanni Rech fabro, qui habuit in cura equum dicti Weckerlis, per XXIIII dies und von ettlichen ysen uff ze schlahen pro equis dominorum Sax et Lupfen	1.	8.	—
Alio fabro im Sporergässlin de equo doctoris Schad, quem habuit Comes de Lupffen, zu beschlahen	—	3.	—
Item 6. May feci rationem cum magistro Gallo fabro von allen rossen zu beschlachen tempore indulgentiarum a principio usque ad finem et exposui eidem	3.	7.	10.
Item exposui Jacobo in Hecht pro duobus de Lindow equitantibus cum doctoribus Wendelino et Egg pro sumptibus	1.	2.	3
Item exposui nuntio Mici qui fuit missus ab Ulma ad Ehingen pro confessionalibus	—	3.	—
[*Seitensumme:* 6. 4. 1.]			
Item exposui pedello ex Umkirch, qui procuravit peccunias jubilei ex commissione domini decani	—	15.	—
Item pedello ex Waltzhůt procuranti peccunias jubilei ex commissione dominorum	—	12.	—
Item domino magistro Johanni Cesar, qui presentavit pecunias jubilei de Fryburgo, exposui ex commissione dominorum decani et custodis VII fl. et servo ejusdem 1 f. et pro sumptibus zum guldenen schauff II fl. II ß IX ₰ . .	7.	12.	9.
Item fratri Sebastiano ordinis predicatorum pro laboribus suis habitis in negotio Jubilei exposui	6.	—	—
Item alteri fratri Johanni Berckman ordinis ejusdem qui fuit in diocesi Curiensi per totum tempus Jubilei . .	7.	10.	—
[*Seitensumme:* 22. 9. 9.]			
Item [a] exposui ven. domino doctori Fergenhanns IIII ß 6 ₰, quos dedit nuncio qui portabat materialia de Augusta	—	4.	6.
Item nuncio Andree 23. Junii ex commissione domini decani	1.	6.	—
Item pincerne dominorum, qui emit vina pro juniore Fugker	—	7.	—

[a] *Diese Seite ist von anderer Hand.*

	℔.	ß	₰.
Item nuncio Andree 6 Julii iterum ex commissione domini decani	1.	5.	—
[*Seitensumme:* 3. 2. 6.]			
Item 25. Februarii exposui nuncio de Augusta intimante Jubileum VI f. et pro sumptibus zum gulden schaff I ℔ IIII ß IX ₰ facit	5.	13.	9.
Item eodem die venerabili domino licenciato Meßnang equitanti ad Augustam L fl in auro et L fl in moneta facit	75.	12.	6.
Item 26. Februarii Nuntio Andree, qui sequebatur dominum Meßnang	—	15.	—
Item 2. Martii nuntio de Augusta portanti brevia IIII fl. et pro sumptibus zum guldenen schauff X ß VI ₰	3.	10.	6.
Item 7. Marcii nuntio, quem misit dominus Meßnang cum litteris gravaminum	1.	7.	—
[*Seitensumme:* 86. 18. 9.]			
Item 12. Marcii exposui nuntio portanti materialia de Augusta et Bigatori de Memmingen usque huc ambobus	3.	—	3.
Item 16. Marcii nuntio portanti materialia videlicet formas absolutionis et modos visitandi de Augusta	1.	14.	—
Item 19. Marcii venerabili domino Vergenhans pro nuntio Andrea	—	12.	—
Item 2. Apprilis nuntio Andree ex commissione domini decani	1.	—	—
Item 18. Apprilis eidem nuntio Andree, qui fuit missus abhinc usque ad Göppingen	1.	15.	—
Item 4. Junii eidem nuntio Andree, qui fuit missus a venerabili domino licenciato Meßnang de Augusta	1.	5.	—
[*Seitensumme:* 9. 6. 3.]			
[*Nächste Seite leer.*]			
Item 9. Marcii exposui ven. domino doctori Botzheim equitanti ad Chur	15.	—	—
Et Johanni Bock eodem die XII fl in auro et XVIII fl. in moneta	22.	13.	—
Item 13. Marcii nuntio portanti IIII^c confessionalia et alia materialia ad Veldkirch	—	16.	6.
Item 17. Marcii iterum nuntio portanti materialia nova venientia de Augusta exposui	—	16.	—
Item 28. Marcii nuntio Augustino portanti confessionalia ad Veldkirch	—	10.	—

	fl.	ß	₰
Item exposui Roßlon pro doctore Botzheim et servo ejusdem pro XIII dies	1.	19.	—
Item ven. domino doctori Botzheim XX fl. equitando ad Chur ad sublevandum peccunias Jubilei	15.	—	—
[*Seitensumme:* 56. 14. 6.]			
Item 4. Marcii exposui venerabili domino de Sax equitanti ad Argentinam LXX fl. in auro fac.	53.	7.	6.
[*Seitensumme:* 53. 7. 6.]			

Summa Summarum omnium expositorum racione Jubilei facit VcXXXI l. 1 ₰ 1 hell.

37. Motu proprio Leos X. über Schulden bei den Fuggern im Betrage von 12457 Dukaten. *Rom 1513 Juli 24.*

Arch. Vatic. Divers. 63. fol. 96. — Reg. Hergenröther Nr. 3791.

Leo papa X.

Motu proprio etc: fatemur recepisse a dilectis filiis Jacobo Fucher et nepotibus mercatoribus Augustensibus Romanam curiam sequentibus infrascriptas pecuniarum summas: videlicet ducatos quinque milium auri de camera, quos nobis gratis et amore mutuaverunt, et ducatorum trium milium septuaginta quinque similium solutorum pro nobis in civitate Constantie Elvetiis nec non ducatorum quatuor milium similium solvendorum venerabili fratri nostro Matheo cardinali Sedunensi, quos quo ad nos pro solutis acceptamus, ac ducatos trecentos octuaginta duos similes, pro quibus apparent creditores in eorundem mercatorum libris ad computum camere apostolicae tempore felicis recordationis Julii predecessoris nostri. Quapropter volentes eorum indemnitati ac securitati providere, constituimus eos ex nunc et tenore presentium declaramus veros ac legitimos et indubitatos camere prefate creditores pro supradictis pecuniarum quantitatibus, constituentibus in totum summam duodecim milium quadringentorum quinquaginta septem ducatorum auri de camera, pro quorum faciliore consequutione concedimus ex nunc et assignamus eis annatas et communia ecclesiarum et monasteriorum omnium nec non quecumque alia jura nobis et eidem camere debita presertim ex provinciis Alemanie, Hungarie et Polonie et pro quibusvis rebus et negociis contingeret eosdem de Fucharis aliquid debere dicte camere, que libere et sine aliqua contradictione exigere et penes se retinere valeant usque ad integram satisfactionem. Mandantes venerabili fratri nostro etc. episcopo Ostiensi camerario et Bernardo de Bibiena thesaurario nec non residentibus et clericis camere antedicte et eisdem Jacobo et nepotibus de supra-

dictis pecuniis quamprimum satisfieri ac scripturas, mandata et instrumenta super iis necessaria et oportuna confici et expediri curent et mandent pro eorum securitate. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in palatio nostro apostolico die 24. julii 1513 pontificatus nostri anno primo.

Fatemur et ita motu proprio mandamus J.

Am Rande: mandatum pro Fucherius.

38. Schuldverschreibung der päpstlichen Kammer gegenüber den Fuggern über 12457 Dukaten unter Einfügung des päpstlichen Motu proprio's vom 24. Juli 1513. Rom 1513 Juli 26.

Arch. Vatic. Divers. 63 fol. 125.

R[afael etc]

Dilectis nobis in Christo Jacobo Fucher et nepotibus mercatoribus Augustensibus Romanam curiam sequentibus salutem in domino. Cum nuper exhibitum fuerit pro parte vestra in camera apostolica quoddam mandatam manu S.D.N. pape signatum registratum libro primo diversorum folio 95: cujus tenor est: [Folgt nr. 37] nos volentes mandatum predictum debite uti tenemur exequutioni demandare ac indemnitati et securitati vestre providere, de mandato ac auctoritate etc et ex deliberatione etc vos veros et legitimos ejusdem camere creditores tenore presentium constituimus, decernimus et declaramus pro dicta summa duodecim milium quadrigentorum quinquaginta septem ducatorum auri similium vobisque concedimus, ut summam ipsam ex quibuscumque annatis et communibus ecclesiarum et monasteriorum omnium ac aliis juribus nobis et eidem camere debitis vel debendis presertim ex provinciis Alemanie, Ungarie et Polonie recuperare et penes vos retinere libere et sine aliqua contradictione valeatis usque ad integram satisfactionem, mandantes presidentibus et clericis camere prelibate, ut vobis hec omnia efficaciter observare et per eos ad quos spectat observari faciant ac scripturas et mandata ad hec necessaria expediant et traddant. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in camera apostolica die 26. Julii 1513 anno primo.

Visa Ponzettus camere apostolice clericus decanus
Visa Philippus camere apostolice clericus
Visa Laurentius Pucius camere apostolice clericus
Visa Joannis de Viterbio camere apostolice clericus
Visa Franciscus de Gisbertis camere apostolice clericus

L. Amerinus.

39. Leo X. reserviert Johannes Zink eine Anzahl von Pfründen.
1513 Aug. 6.

Arch. Vatic. Reg. Vatic. 996. fol. 244 b—248 a. Reg. Hergenröther 3991.

Leo etc. Dilecto filio Johanni Czinck clerico Augustensi salutem etc. — Vite ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fidedigno commendaris testimonio, nos inducunt ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est, quod nos volentes tibi, qui ut accepimus dilectorum filiorum Jacobi Fucher et nepotum mercatorum Romanam curiam sequentium familiaris existis, premissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem teque a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, motu proprio non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate petitionis instantiam sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine unum duo tria quattuor et tot beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, quorum omnium in simul fructus redditus et proventus quinquaginta marcharum argenti puri secundum taxationem decime valorem annuum non excedant, in Maguntinensi, Coloniensi, Saltzeburgensi, Augustensi, Constantiensi, Bambergensi, Herbipolensi et Pataviensi civitatibus et diocesibus consistentia etiam, si tria ex eis cum cura aut decanatus vel archipresbiteratus rurales seu vicarie vel capellanie perpetue, qui vel que dignitates etiam curate etiam in cathedralibus ac metropolitanis ecclesiis reputentur aut dignitates personatus administrationes vel officia aut quodlibet ex canonicatibus et prebendis in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis ecclesiis aut duo ex eis parrochiales ecclesie vel earum perpetue vicarie et dispositioni apostolice alias specialiter vel ex quavis causa etiam de necessitate exprimenda preterquam ratione illorum vacationis apud sedem apostolicam aut nostri vel alicuius cardinalis inventis, cuius consensus requirendus foret, familiaritatis continue commensalitatis generaliter reservatis seu ex generali apostolica reservatione affecta et dignitates ipse in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores seu collegiatis ecclesiis huiusmodi principales fuerint et ad dignitates personatus administrationes vel officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi eorumque tribus cura inmineret animarum ad collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem venerabilium fratrum nostrorum Maguntinensis et Coloniensis ac Saltzeburgensis archiepiscoporum ac Augustensis, Constantiensis, Bambergensis, Herbipolensis et Pataviensis episcoporum necnon dilecto-

rum filiorum Maguntinensis, Coloniensis, Saltzeburgensis, Augustensis, Constantiensis, Bambergensis, Herbipolensis et Pataviensis ecclesiarum capitulorum etiam ratione dignitatuum personatuum administrationum et officiorum, que in illis obtinent, necnon quorumcunque aliorum collatorum seu collatricum secularium vel regularium communiter vel divisim pertinentium, si qua vacant ad presens aut cum simul vel successive vacare contigerit, que tu per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra unius mensis spatium postquam tibi vel eidem procuratori tuo vacatio illorum innotuerit duxeris acceptanda, conferenda tibi post acceptationem predictam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi et dispositioni nostre hac vice dumtaxat harum serie specialiter et expresse reservamus, districtius inhibentes archiepiscopis episcopis et capitulis prefatis et illi vel illis, ad quem vel ad quos dictorum beneficiorum collatio provisio presentatio electio seu quevis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ne de beneficiis predictis, cum ut prefertur vacare et te illa acceptare contigerit, etiam pretextu quorumcunque privilegiorum et indultorum apostolicorum eis concessorum cuique providere seu disponere necnon quibusvis personis cuiuscunque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis existentibus etiam abbatiali episcopali archiepiscopali patriarchali aut alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate fungentibus etiam familiaribus nostris continuis commensalibus antiquis descriptis ac capelle nostre cantoribus et capellanis ac aliis Romane curie officialibus etiam officia sua actu exercentibus et quascumque gratias expectativas ac alias speciales etiam nominatim et in spetie similes vel alias generales reservationes uniones quoque annexiones et incorporationes et illas etiam in forma brevis confirmationes seu revalidationes et non tamen de conferendo coadiutorias et etiam accessus et regressus quasvis alias litteras et gratias ac indulta sub quibusvis verborum formis et clausulis etiam motu simili et ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine quavis consideratione intuitu vel respectu etiam regum reginarum ducum principum et aliorum prelatorum ecclesiasticorum etiam sancte Romane ecclesie cardinalium jurium cessorum vel ablatorum etiam ratione obsequiorum et servitiorum nobis Romane ecclesie et sedi predicte etiam pro fide catholica impensorum cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis ac fortioribus efficacioribus et insolitis clausulis etiam talibus quod illis nullatenus nisi de illis specialis specifica et expressa mentio habita fuerit derogari possit concessas et concessa et imposterum concedendas et concedenda eorumque vim et effectum etiam, si de nominibus cognominibus dignitatibus titulis personarum et ecclesiarum quibus et causis propter quas illa concessa sint vel fuerint mentio specialis specifica expressa ac de verbo ad verbum habenda foret, donec presens reservatio suum plenarium sortita fuerit effec-

tum, suspendimus ac suspensa esse volumus habentibus et pro tempore habituris, ne beneficia huiusmodi cum ut prefertur vacare contigerit acceptare et de illis sibi providere aut illa sibi commendari seu ad eorum commodum uniri annecti et incorporari facere vel obtinere aut de illis se intromittere quoquomodo presumant contra nostram reservationem predictam. Et nihilominus beneficia predicta dummodo inter illa plures quam due parrochiales vel earum perpetue vicarie non existant, quorum in simul fructus redditus et proventus quinquaginta marcharum argenti puri secundum taxationem predictam valorem[a] annuum 50 non excedant si qua vacant aut cum vacaverint ut prefertur, que tu per te vel procuratorem prefatum duxeris acceptanda ut prefertur, post acceptationem predictam exnunc prout extunc apostolica tibi auctoritate conferimus et de illis etiam providemus ac illa collata et de illis provisum fore ac provisiones uniones annexiones et incorporationes ac commendas et quasvis alias gratias et litteras, in quibus de presentibus reservatione provisione et commenda mentio specialis specifica et expressa habita non fuerit, necnon totum id et quicquid secus super hiis per quoscumque preterquam in tui favorem presertim in huiusmodi inhibitione inclusos etiam gratiarum expectativarum pretextu scienter vel ignoranter contigerit attemptari, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti preterquam reservationem sub quibusvis revocationibus similium vel dissimilium reservationum ac cancellarie apostolice regulis editis et edendis minime comprehensam fore nec comprehendi debere decernimus. Quo circa dilectis filiis archidiacono Hasbanie in ecclesia Leodiensi ac Bambergensi et Pataviensi officialibus per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios te vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem possessionem beneficiorum iuriumque et pertinentiarum predictorum iuducant auctoritate nostra et defendant inductum amotis quibuslibet detentoribus ab eisdem facientes te vel pro te procuratorem predictum ad beneficia huiusmodi ut est moris admitti tibique de illorum fructibus redditibus proventibus juribus et obventionibus universis integre responderi; contradictores auctoritate nostra etc.; non obstantibus pie memorie Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac ecclesiarum in quibus secularia necnon monasteriorum seu aliorum regularium locorum, in quibus regularia beneficia huiusmodi forsan fuerint, iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrariis quibuscumque; aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum eius litteras im-

[a] *val. — 50 nachgetragen am Rande.*

petrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum; quibus omnibus te in assecutione dictorum beneficiorum vacaturorum volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si archiepiscopis episcopis ac capitulis et collatoribus ac collatricibus prefatis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari non possint quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem provisionem presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem coniunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri seu commenda fieri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis; nos enim tecum ut quecumque tua curata seu alias invicem incompatibilia beneficia ecclesiastica si illa vigore presentium assequaris recipere et insimul quoad vixeris retinere libere et licite valeas, generalis concilii et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis et consuetudinibus supradictis ut prefertur roboratis ceterisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica prefata earumdem tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus; proviso quod incompatibilia beneficia huiusmodi debitis propterea non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis si qua illis inmineat nullatenus negligatur. Nulli ergo etc. nostre absolutionis reservationis inhibitionis suspensionis collationis provisionis decreti mandati voluntatis et dispensationis infringere etc. si quis etc.. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno etc. 1513 octavo idus augusti, pontificatus nostri anno primo.

Gratis de mandato S. D. N. pape. Aug^ti [a]

P. Mellinus.

W. Enchenvort F. de Vega.

Coll. Amerin.

*40. *Aus einem Schreiben Dr. Johann Blankenfelds an den Hochmeister des deutschen Ordens, Albrecht von Brandenburg. Rom 1513 Aug. 9.*

Staatsarchiv Königsberg, Pap. Original.

Für einen eilenden päpstlichen Boten, der Brevia an den Hochmeister und den König von Polen zu bringen hatte, macht Blankenfeld

[a] *Aug^ti und Amerin. von einer zweiten Hand; die anderen Unterschriften von der Hand des Stückes.*

einen Preis von 100 Dukaten in Gold de Camera ab. Der Procurator hatte nicht so viel Geld: »Habe aber der Fukker factor hie e. f. g. do mit in iren anligendenn sachenn zu vorleghenn gebethenn, daß er mir mit solicher andtwurdt abgheschlaghenn: Im sei sunderlicher bevhelich ghebenn gar kein geldt zu vorliehen ane Commission Jacoben Fukkers, derhalb ßo dorft er es nicht thuen«. Leiht es schliesslich bei andern Leuten.

»Es ist auch e. f. g. unnd irer hendel unnd sunderlich in dissen lewffen hie notdurft, das e. f. g. wie andere Churfursten, fursten unnd heren hie bie den Fuckhern haben in vil gheringhern den e. f. g. unnd irs ordens hendelenn unnd ßunderlich dießer zeit, das e. f. g. ein Commission durch Jacob Fuckhern von Augspurgh anher gheben lassen an ir factor alhie, e. f. g. unnd dem orden auf irs procuratoris ansuchen mit II^{c} III^{c} allermindest odder mher ducaten zu vorlegen, wie e. f. g. . . . . Es ist auch iczt alhie swerer dann etzwan geldt auf zu brenghen viller ursach halb unnd auch deshalb, das etzlich fursten draussen hie haben gelt entlehenet und durnoch widerumb nicht bezalenn lassen, wie sich die benk, daß sie das noch in mangel sehen, beclagen.«

41. Aus einem Briefe Dr. Johann Blankenfelds an den Hochmeister. Rom 1513 Sept. 29.

Staatsarchiv Königsberg, Pap. Or. Nachschrift.

»So habe ich kurtzlich im Magdeburgischen handel noch abghen loblicher gedechtnis des Ertzbischoffs zu Magdeburgh ein gancȝ eylendt pfost bi meynen gn. hr. den Churfursten zu Brandenburgh auf sȝeiner f. g. kost ghefertighet mit bevehlung das auf das Eylendeste ßo mugklich man die brief schikken welte einer b^{r} h^{kt} andtwurdt halb mir in dem handel zhegheben, aber die brief sȝeint erst am zehendem taghe ken Augspurgk kommen, sȝo ich mich doch verhoft sie solten am VII do ghewes[en] sȝein.«

42. Aus der Instruktion des Deutschordensmeisters für Georg von Elz, der zum Lateranischen Konzil gesandt wurde. Ende 1513.

Staatsarchiv Königsberg, Konzept.

Item noch dem der Cardinal sich umb Cruciaten und legacey durch Hungern Polan und in diße land zu erlangen bearbeiten, ist von not zuvorkommen, das in solicher legacey oder cruciateten bevel die landt Preussenn und ordenns ausgeschlossen werden aus ursachen das die legatenn, die in Polen verordnet, allzeit des ordens lande als ob es der crone gehert dem ordenn zu merglichem nochtheyl in iren bevel ziehenn

und besuchen, und do mit Bab^r Haj^t kein abbruch geschehe zu bitten eyn andern Legaten oder sunderlichen Commissarien zw ordnen Seyner hay^t Bestes und des ordens zw widerstandt der unglaubigen zw betreiben und sunderlich zw trachten, das solicher bevel einer pershon des ordens geschehe aus ursachen, das der ordenn, so er der crone wie man hofft bedrenglickeit entladenn, sich gewaldiglich wie auch beradtschlaget der unglaubigen mit krige annemen wolden. Dortzw in die Cruciatie nicht allein in iren landen sunder in mheren orthen als stewr der heyligen kirchen zw habenn groß von noten.

43. Aus dem Bericht des Deutschordensprokurators Johannes Blankenfeld an den Hochmeister. *Rom 1513 Dez. 5.*

Pap. Or. Staatsarchiv Königsberg.

Hie seindt dieser zeit her Eitelwolf vom Stain ritter, doctor Busso von Albesleben, her Joachim Klitzingk thumbprobst zu Hamburgk, her Levin von Velthem thumbprobst zu Hildeshem, her Sebastian von Ploto thumtechendt zu Halberstadt als botschafter des churfursten zu Brandenburgk meins gn. herren unnd der hinunden benenter stifft umb die bestetighunghe der postulation der kirchen Magdeburgk unnd Halberstadt unnd ander zwen der minder stifft daselbst thumbherrn ehrlich unnd statlich unnd hat sich ir h^at gnediglich ken baiden maynen gned. heren dem Churfursten unnd postulaten erzeugt. Jr h^kt hat im negsten consistorio den stifft zu Magdeburgh ghegheben und confirmirt, im negsten consistorio wirt ir h^eil den auch zu Halberstadt gheben, des seint wir berait ghewisse got lob. Ich habe vor ir ankunft unnd in irem biesein noch meim besten vermughen die sachen helfen furdern, das mir ir h^ait von ir selbst unnd etzlich cardinel in der botschafter biewesen gnedigen unnd guten rum und zeugnus ghegheben. Ich hoff das hochloblich churfurstlich haws Brandenburgh und e. f. g. sey mir umb eyn gut kleidt wermer. Ich achte auch eȝ werden sulichs nicht alle nachbauren gheleich gerne horen. Die botschafter haben mir zughesagt von des churfursten weghen bei h^kt unnd den Cardinelen e. f. g. und den orden mit vleis zu bevhelenn, darob das es ghesche nach sein wil.

44. Quittung für die durch die Fugger erfolgte Zahlung der servitia communia von Magdeburg und Halberstadt seitens Albrechts von Brandenburg. *Ohne Ort und Zeit.*

Arch. Vatic. Divers. 63. fol. 174 ^r. Hergenröther Nr. 6032.

Leo papa X^s

Motu proprio etc. fatemur recepisse in pecunia numerata a dilecto filio Alberto ex marchionibus Brandeburgensibus electo Magdeburgensis

et Halberstadensis ecclesiarum ducatos mille et septuaginta novem auri de camera ratione servitii nobis et camere apostolice debiti per manus dilectorum filiorum Jacobi Fucher et sociorum mercatorum Romanam curiam sequentium, qui licet sint creditores ipsius camere in longe majori pecuniarum summa et potuissent summam predictam quam nobis solverunt retinere et excomputare pro concurrenti quantitate in dicta summa eorum crediti, tamen pro nonnullis nostris occurrentibus expensis de ea summa mille et septuaginta novem ducatorum pro hac vice libenter nobis complacere voluerunt, quod ad rem gratam accepimus. Mandantes venerabili fratri nostro R. episcopo Ostiensi ac thesaurario, presidentibus et clericis ejusdem camere, ut summam predictam mille et septuaginta novem ducatorum nobis ut prefertur solutam in libris introitus et exitus depositoriorum nostrorum et camere predicte describi et annotari et quetantias et alias scripturas super ejusmodi solutione communis servitii expediri curent et mandent, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Ita fatemur et mandamus J.

45. Johannes Zink verpflichtet sich namens der Fugger, unter bestimmten Bedingungen Ablafsbriefe dem Konstanzer Domkapitel zu übergeben. *Rom 1514 Febr. 7.*

Arch. Vatic. Arm. XXXIV. vol. 18. fol. 7.

Die 7. Februarii 1514. dominus Johannes Zinch institor banchi de Fucharis obligavit se camere apostolice presentare capitulo Constantiensi nonnulla brevia apostolica super indulgentiis concesse in Constantiensi Augustensi Argentinensi et Curiensi civitatibus et diocesibus et quod capitulum tenebit bonum et fidele computum de pecuniis que provenient ex dictis indulgentiis et ex illis consignabit camere apostolice hic in Urbe medietatem detractis expensis prout alias facere solitum fuit in preterita quadragesima. Insuper promisit non consignare dicta brevia nisi prius fuerit bene cautum quo ad interesse ipsius camere, alias reportare brevia infra mensem et ita se obligavit in forma camere etc. presentibus dominis Jacobo Bernardino de Ferrariis et Angelo Johannis laico Amerinensi.

46. Johannes Zink verpflichtet sich namens der Fugger, dafs bestimmte deutsche Domkapitel sich verpflichten, die Hälfte von den Erträgnissen eines Ablasses nach Rom zu entrichten. *Rom 1514 Febr. 27.*

Arch. Vatic. Arm. XXXIV. vol. 18. vol. 18. fol. 7.

Die 27. supradicti mensis (februarii) supradictus dominus Johannes (Zinch) obligavit se in forma etc. quod canonici et capitula universarum

ecclesiarum Maguntinensis et Coloniensis provinciarum ac illarum Brixinensis Eystetensis Frisingensis Bambergensis et Ratispronensis civitatum et diocesum reddent et consignabunt integre et fideliter hic in Urbe medietatem omnium pecuniarum proventurarum ex indulgentiis concessis in dictis locis obligatione omnium bonorum suorum et ita juravit presentibus dominis F. de Attavantis et Donato Ulteriano collegis testibus.

L. Amerinensis.

47. Ablafs für den Bau der Dominikanerkirche in Augsburg. 25 Febr. 1514. Mit: 1. Febr. 1515: Verlängerung bezw. Erneuerung desselben Ablasses. Beides eingeschlossen in 29. Aug. 1517: Verlängerung bezw. Erneuerung dieser Ablässe zur Errichtung einer Bibliothek und eines Studiums bei den genannten Dominikanern.

Arch. Vatic. Reg. Vatic. 1197. fol. 42—49.

Leo etc.

Ad futuram rei memoriam. Regis eterni, cuius magnifesta sunt opera, tante nobis divine gratie dona infundunt, ut ad vite superne gloriam vocandis mortalibus non solum prophetarum oracula ac sanctorum patrum exempla pariter et documenta prebuerunt, sed et ipsa veritas eius videlicet filius unigenitus de summis celorum ad yma pro generis humani salute descendens mortalitatis nostre carne assumpta visibilis et corporeus apparere eoque nascente sanctorum numerum, quos sua justificaverat gratia, ampliare dignatus est, vices licet immeriti gerentes in terris ac pia ipsius officia et actiones incitantes ad illa curis vigilamus assiduis studiisque indefessis enitimur, per que nostre operationis ministerio sancte religionis et doctorum virorum in agro dominico superna dispensatione plantare et universis cure nostre creditis talia favorabilia concedamus, per que in presenti vita piis intenti operibus ad eterne claritatis sine fine visionem feliciter valeant pervenire. Dudum siquidem cupientes ecclesiam domus sancti Dominici Augustensis ordinis fratrum predicatorum, que pro vestutate nimia ruinam minabatur et adeo angusta erat, ut pauci Christifideles celebrationi divinorum in ea interesse possent, nuper demolitam et de novo ampliori structura inceptam ut ad perfectionem reduceretur, in favorem fabrice eiusdem ecclesie nonnullas indulgencias et peccatorum remissiones ac facultates gratias concessimus per certas sub plumbo ac reliquas in forma brevis, per quas illas ad certum tempus jam effluxum prorogavimus nostras litteras, quarum tenor sequitur et est talis.

Leo episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Salvatoris domini nostri Jhesu Christi Dei patris unigeniti, qui de summo celorum ad inferna pro redemptione generis humani descendere dignatus

est quique beato Petro apostolorum principi ligandi atque solvendi pontificium tradidit, vices licet immeriti gerentes in terris ad singulas ecclesias que domus Dei sunt et eorum edifficiis et structuris reparatione indigentes dirigimus nostre considerationis intuitum ac circa illarum reparationem commissi nobis pastoralis officii et potestatis nobis credite auctoritatem favorabiliter impartimur et ad hec Christifideles indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut per eorum pia suffragia ecclesie ipse reparari et fideles ipsi pro temporalibus bonis, que erogaverint, felicitatis eterne premia consequi possint. Cum itaque sicut accepimus ecclesia domus sancti Dominici Augustensis ordinis fratrum predicatorum, que vetustate ruinam minabatur, pro qua prevenienda singulis fere annis magna erat opus impensa, et adeo angusta existebat, ut pauci tempore celebrationis divinorum interesse possent, penitus demolita ac nova ecclesia longe amplior et ad divina audienda commodior pro maiori parte constructa fuerit, et licet nonnulli dilecti filii cives Augustenses pro constructione ipsius nove ecclesie summam quinque millium ducatorum contribuerint, nichilominus nova structura huiusmodi magistrorum operis incuria seu materie deffectu aut alio fortuito casu non mediocre damnum passa et ut illius ruina preveniretur magne expense ac propterea dicta summa quinque millium ducatorum expositi fuerint et non possint dilecti filii prior et fratres dicte domus ex illius facultatibus structuram ipsam ad debitum complementum perducere, sed sint Christifidelium suffragia plurimum opportuna: Nos cupientes ecclesiam predictam in huiusmodi structuris et edifficiis debite perfici et perfecta conservari et Christifideles[a] in auxilium tam salutaris operis totis viribus exortari, et ut Christifideles ipsi eo promptius ad premissa manus porrigant adiutrices, quo exinde pro animarum suarum salute maiora munera spiritualia adipisci posse cognoverint, de omnipotentis Dei nostra ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere penitentibus ac confessis Maguntinensis et Coloniensis provinciarum ac illarum civitatum et diocesum et in illis quomodolibet habitantibus seu commorantibus ac ad eas ad consequendum gratiam et indulgentiam infrascriptas undecumque confluentibus, qui durante tempore quadragesime proxime future et quindecim diebus sequentibus aliquas ecclesias seu, si ibidem ecclesiarum copia non fuerit, aliqua altaria juxta numerum per priorem et fratres domus deputandos ex et ab eis ac per deputandos subdelegandos limitandas vel limitanda juxta eorum providam moderationem super hoc faciendam dicta durante quadragesima et quindecim diebus inde sequentibus devote visitaverint et in capsis ad hoc per priorem et fratres ac procuratores fabrice huius-

[a] *Fol. 42 v.*

modi deputandos et subdelegandos predictos ordinandis [in] subsidium et relevamen fabrice ecclesie domus huiusmodi aliquam oblacionem seu peccunie quantitatem tantam, quantam per integram septimanam in domibus habitacionum suarum pro victu ipsorum et familie sue consueverint exponere, aut alias juxta prioris et fratrum aut deputandorum et subdelegandorum ab eis ordinationem sive arbitrium effectualiter posuerint seu lapides saxa ligna [vel] alia ad construendam ecclesiam domus huiusmodi necessaria dono dederint inciderint aut ad locum edifficii duxerint vel in eodem loco per se vel submissas personas ad certum tempus per priorem et fratres ac deputandos etiam seu subdelegandos prefigendum propriis sumptibus et expensis laboraverint aut es stannum cuprum calibem ferrum plumbum et alia genera metalorum ad construendam ecclesiam domus huiusmodi opportuna juxta eorumdem prioris et fratrum ac deputandorum seu subdelegandorum arbitrium elargiendo manus porrexerunt adiutrices, plenam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contricti et ore confessi fuerint, necnon oblitorum veniam et remissionem ac cum altissimo reconciliationem ac illam eamdem tam a felicis recordationis predecessoribus nostris Romanis pontificibus quam a nobis limina eorumdem apostolorum et certas Urbis basilicas et ecclesias ac extra eam ad hoc deputatas quomodolibet sacri jubilei etiam centesimo anno visitantibus etiam profici[sc]entibus ad recuperationem terre sancte ac perfidissimorum paganorum Turchorum scismaticorum et aliorum sacre orthodoxe fidei catholice et dominice crucis hostium expugnationem ac omnes et singulas gratias illis concessas et concedi solitas ipsumque jubileum centesimum etiam si anno jubilei proxime transacto aut postmodum in dicta urbe vel alibi pares indulgentias et remissiones peccatorum consecuti fuissent, auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia tenore presentium de apostolice potestatis plenitudine concedimus et elargimur ipsisque in domino benedicimus. Et insuper ut Christi fideles utriusque sexus, cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis[a] et condicionis existant, ad dictas ecclesias ac premissa peragenda confluentes consciencie pacem et animarum salutem presentesque litteras non solum ad instar jubilei sed ipsum jubileum centesimum Deo propitio valeant promereri purgatisque eorum cordibus ac consciencii[s] ad illas suscipiendas efficiamus aptiores spiritum gratie salutaris prefatis priori et fratribus ac deputandis seu subdelegandis ab eis auctoritate nostra ecclesias, quas propterea visitari debeant, declarandi et in qualibet ecclesiarum earundum simul vel successive certum numerum presbiterorum secularium vel regularium ordinis quorumcumque etiam mendicantium etiam regularis observancie, de quibus eis videbitur, ad eorumdem Christifidelium pro indulgentia

[a] *Fol. 43.*

huiusmodi consequenda ad ecclesias ipsas in quibus deputati fuerint confluentium confessiones audiendum cum plena vel limitata facultate infrascripta deputandi, cui singulis diebus predictis dicta durante quadragesima eorumdem Christifidelium confessionibus diligenter auditis eos omnes et singulos ab omnibus et singulis excommunicationis a jure et canone vel ab honere anathematisationis suspensionis et interdicti aliisque censuris et penis ecclesiasticis quibuscumque undecumque et qualitercumque in eos latis et promulgatis necnon sacrilegiis incestibus adulteriis periurio apostasia presbi[te]recidiis et homicidiis etiam voluntariis incendiis pecuniarum etiam publicarum injunctarum et divinorum officiorum et horarum canonicarum obmissionibus ac omnibus et singulis aliis criminibus excessibus delictis et peccatis quantumcumque gravibus et enormibus etiam talibus, pro quibus penitentiam publicam mererentur ac eis ante absolutionem impendendam specialis specifica et individua mentio fieri ac eorum qualitates et circumstantie nobis seu successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus exponi et declarari deberent, etiam si eorum absolutio per quasvis regulas aut constitutiones nostras vel eorumdem predecessorum nostrorum Romanorum pontificum seu eorum aliquem aut alio quovis modo sedi predicte adeo reservata forent, quod in generali concessione minime comprehendi valerent, preterquam occasione delationis aluminum sancte cruciate contra prohibitiones camere apostolice a partibus infidelium aut illorum venditione aut alias ratione prohibitionis censuris huiusmodi illaqueatione ac scismatis seu conspirationis in personam nostram aut statum sancte Romane ecclesie absolvere et eis penitentiam salutarem iniungere, juramenta quecumque relaxare, penitencias publicas et jejunia si votis aut alias ad illa obligati existant et alia vota quecumque per eos emissa, castitatis et religionis dumtaxat exceptis, in premissum opus commutare ac illos, quibus penitentia publica iniunta fuerit, seu illam peregerint seu periurium commiserint et propter ea infamie notam sive maculam incurrerint, ad pristinos statum et honores ac dignitates et officia publica rehabilitare restituere et plenarie reintegrare, et cum personis qui propter adulterium commissum aut alias jus petendi debitum coniugale amisissent, ut illud petere possint ac super quecumque (sic) inegularitate quavis occasione preterquam bigamie et homicidii voluntarii contracta, necnon cum simoniace vel alias minus rite et canonice promotis[a] vel ordinatis scienter vel ignoranter, etiam si promotores ordinatores aut mediatores forent, ut sic promoti et ordinati ad omnes sacros etiam presbiteratus ordines alias rite promoveri et in illis etiam in altaris ministerio licite ministrare ac promotores seu ordinatores deinceps officium pontificale, ut prius licite exer-

[a] *Fol. 43* r.

cere possint, dispensare et eosdem promotos ad dignitates ac canonicatus et prebendas et quecumque alia beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura secularia et regularia eis conferenda, si alias illorum capaces fuerint, ut ea recipere retinere valeant necnon cum quibusvis, qui per simoniacam pravitatem quecumque beneficia ecclesiastica tam secularia quam quorumvis ordinum regularia cum cura et sine cura, etiam si dignitates pontificales vel abbaciales aut in cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales maiores seu in collegiatis ecclesiis principales ac personatus administrationes vel officia etiam curata et electiva aut canonicatus et prebende vel capellanie perpetue in eisdem ecclesiis regularia vero prioratus etiam conventuales prepositure proposituratus seu officia claustralia etiam cum cura vel sine cura fuerint, similiter dispensare et eos respective ad obtenta predicta et quecumque alia beneficia similia obtinenda rehabilitare seu de novo eisdem simoniacis dicta beneficia seu officia sic per simoniam acquisita et habita, postquam illa in eorum manibus dimiserint, conferre eosque restituere in dictis beneficiis seu officiis in foro consciencie ac de fructibus premissorum etiam ob divinorum officiorum et horarum canonicarum negligentiam ac commissionem (sic) male perceptis necnon super omnibus per furtum rapinam spoliationem vel ludum aut alias male ablatis incertis vel per usurariam pravitatem acquisitis etiam certis, quando fenerator ab illo feneratore extorquisset et ipse usuras restituere paratus non esset, et etiam de bonis, que ad aliquorum manus pervenissent et sine magna difficultate sciri non possent persone quibus restitutio fieri deberet de jure, quamquam male ablata per eos non existant sed alias ad eos illa pervenerint, ac super debitis incertis personis et similiter de hiis qui pauperibus et aliis piis locis in genere absque ulla speciali determinatione relicta fuerint tam pro preterito quam futuro temporibus componere et illa habentes, ut soluta aliqua quantitate, de qua eisdem priori et fratribus ac deputandis seu subdelegandis ab eis videbitur, pro hoc pio ac necessario opere ac reliquorum male ablatorum extortorum ac debitorum et relictorum seu que ad eos alias pervenerunt vel debentur ut prefertur restitutione plene absoluti existant, concedere similiter in foro conscientie tantum, et quoscumque qui ex quavis licita vel illicita copula provenientes affinitate consanguinitate cognatione carnali vel spirituali simplici vel multiplici gradu ac quocumque publice honestatis justicie impedimento seu alias quomodolibet impediti matrimonium invicem scienter vel ignoranter in quovis etiam primo affinitatis, que per copulam fornicariam contracta[a] esset, gradu contraxissent et carnali copula consummassent, si impedimentum huiusmodi in judicium deductum non foret vel scandalum generare non posset,

[a] *Fol. 44.*

ab excessu huiusmodi et excommunicationis sententia quam propterea incurrissent iniuncta inde eis pro modo culpe penitentia salutari, que ad pium opus predictum dirigatur, et quod de cetero talia non committant nec committentibus prestent auxilium consilium vel favorem et alias que de jure fuerint iniungenda absolvere et ut in huiusmodi matrimonio sic contracto similiter remanere seu secrete de novo invicem matrimonium contrahere et in illo sic contracto similiter remanere libere et licite valeant, prolem susceptam ex huiusmodi matrimonio si que sit et suscipiendam legitimam decernere dispensare similiter in eodem foro conscientie dumtaxat, ac cum quibusvis, qui aliqua bona ecclesiarum monasteriorum et ecclesiasticorum beneficiorum quorumlibet haberent et judicialiter difficientibus probationibus ad illorum restitutionem compelli non valerent, etiam si per ipsos probari posset, que bona omnia ad opus premissum applicamus super eorum restitutione componere et recepta aliqua portione vel quantitate pro eis ad opus predictum convertendi, similiter ipsos sic ea tenentes ab ulteriori eorum restitutione libere absolvere et quod illa licite retinere possint imposterum eis etiam concedere, et generaliter omnia alia et singula in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna etiam, que dilectis filiis penitenciariis in basilica principis apostolorum de Urbe de anno jubilei proxime preterito deputatis concessa fuerit, facere gerere et exequi possint et valeant plenam et liberam eiusmodi scientia et auctoritate tenore presentium concedimus potestatem et facultatem. Et ne illi, qui peregrinari et aliquam ex ecclesiis deputandis pro consequenda indulgentia huiusmodi commode et honeste visitare seu alia pietatis opera premissa adimplere non poterint utriusque sexus ut puta religiose persone sub perpetua clausura aut extra eam in monasteriis aut domibus religiosis degentes seu infirmi decrepiti valetudinarii divinisque et humanis serviciis manicipati aut mulieres gravide seu in puerperio constitute aut alias legitime prepediti effectu careant indulgencie memorate, volumus, quod si tales huiusmodi aut aliis quibusvis impedimentis ecclesias ipsas visitare impediti vere penitentes et confessi ad capsas predictas per fideles manus transmiserint, quantum per unam ebdomadam integram in victualibus cum eorum familia exponere consueverint, seu aliam contributionem per priorem et fratres seu deputandos aut subdelegandos ab eis predictos moderandam ad huiusmodi pium opus fecerint, tam ipsi quam de ipsorum sic impeditorum familia existentes etiam non impediti eamdem prorsus indulgenciam plenissimam consequantur, ac si loca ipsa indulgenciarum personaliter visitarent. Liceat prefatis priori et fratribus ac deputandis seu subdelegandis ab eis pro talibus impeditis in singulis locis in quibus ipsis videbitur[a] deputare

[a] *Fol. 44 v.*

confessores ydoneos etiam quos ipse non venientes persone eligere voluerint, qui erga impeditos eosdem ac de eorum familia existentes ut prefertur pari quam alii confessores predicti erga visitantes dictas ecclesias auctoritate fungantur. Et quia facile contingere posset aliquos dubitare, quantum offerre debeant pro consequenda indulgencia predicta et aliis premissis et nonnullos esse dubios vel incertos, an eorum impotentia infirmitas servitii occupatio vel impedimentum sit adeo excusabile notabile et legitimum, quod juxta premissa ad visitacionem astringi non debeant ut indulgenciam huiusmodi consequantur, sed pro illa consequenda sufficiat eis quantitatem predictam in capsis huiusmodi per fideles manus poni facere volentes, quod tam prior et fratres quam deputandi seu subdelegandi ab eis aut quibus ipsi vices suas in genere vel in specie duxerint committendas, quam confessor, quem tales dubii aut incerti ex predictis deputandis ut premittitur adierint, possint eis huiusmodi dubietates, prout eorum statui et indemnitati animarumque saluti et consciencie quieti et saluti salubrius expedire cognoverint, decidere et determinare ac visitationem huiusmodi et summam, de qua dubitarent, an ab eisdem solvenda veniret, eis in parte remittere, prout priori et fratribus seu deputandis et subdelegandis seu confessori predictis necessarium etiam videbitur, ac eos ad visitandum dictas ecclesias penitus impotentes existere declarare habeantque tales dubii juxta declarationem seu remissionem huiusmodi faciendam quoad effectum consecutionis indulgencie memorate pro vere visitantibus et solventibus, ad id quod tenerentur, proviso quod confessor prefatus eisdem impeditis et de eorum familia existentibus loco visitacionis huiusmodi alia iniungat opera pietatis. Verum si qui forent, qui adeo pauperes essent, ut commode juxta ordinationem predictam solvere nequeant, liceat priori et fratribus ac deputandis et subdelegandis ab eis cum talibus quod solvere debeant, ut huiusmodi indulgentie fiant participes, convenire ac eos cum sibi videbitur per absolutionem huiusmodi subsistente causa legitima in toto vel in parte liberare. Et per archiepiscopos episcopos reges reginas duces marchiones comites barones nobiles et alios Christifideles tam ecclesiasticos etiam religiosos quam seculares huiusmodi, quorum magna familia foret, ratione huiusmodi consequendarum indulgentiarum faciendas contributiones consideratis diligenter eorum facultatibus discrete limitare ac taxare et desuper cum ipsis sicut priori et fratribus ac deputandis seu subdelegandis ab eis prefatis utilius videbitur componere necnon omnia alia circa hec ad salutarem et celeriorem expeditionem faciendam opportuna procurare et ordinare. Et ut animarum salus eo potius procuretur, quo magis aliorum egent suffragiis, et quominus sibi ipsis proficere valeant scientia et auctoritate predictis de thesauro sancte matris ecclesie animabus in purgatorio existentibus que per caritatem ab hac luce Christo unite decesserunt et dum

viverent sibi, ut huiusmodi indulgentia suffragaretur, meruerunt, paterno compacientes affectu quantum cum Deo possumus succerrere cupientes, de divina misericordia et apostolice potestatis plenitudine[a] volumus et concedimus, ut si qui parentes aut amici aut ceteri Christifideles pietate commoti pro ipsis animabus purgatorio igni pro expiatione penarum eisdem secundum divinam justiciam debitarum expositis durante dicto tempore ad opus huiusmodi aliquam elemosinam juxta prioris et fratrum seu deputandorum aut subdelegandorum predictorum vel alicuius eorum ordinationem dictas ecclesias visitando pie erogaverint aut per nuncios ab eisdem deputandos dicto durante tempore miserunt, ipsa plenissima indulgentia per modum suffragii ipsis animabus in purgatorio existentibus, pro quibus dictam elemosinam pie erogaverint, ut prefertur pro plenaria penarum relaxatione suffragetur. Ac omnes utriusque sexus Christifideles de civitatibus et diocesibus predictis existentes vel in eis residentes aut ad illas ut prefertur confluentes, qui manus adiutrices ad huiusmodi opus visitando vel mittendo porrexerint, ac omnes et singulos earumdem parentes deffunctos ac eorum benefactores, qui cum caritate decesserint, de similibus potestatis plenitudine et liberalitate in omnibus precibus suffragiis elemosinis jeiuniis orationibus missis oris canonicis disciplinis peregrinationibus et ceteris omnibus spiritualibus bonis que sunt aut fieri poterunt in tota universali sacrosancta ecclesia militante ac omnibus membris eiusdem participes imperpetuum fiant. Ceterum ne propter multitudinem indulgentiarum tam a nobis quam predecessoribus nostris concessarum Christifideles in hoc sancto opere tardiores existant, omnes indulgencias, preterquam in Constantiensi Curiensi et Argentinensi civitatibus et illarum diocesibus ac in diocesi Augustensi provincie Maguntinensis, etiam pretextu confessionalium et contemplacione regum reginarum vel aliorum principum a nobis et eadem sede vel eius auctoritate quibuscumque ordinibus etiam Sancte Trinitatis, redemptionis captivorum, ecclesiis monasteriis hospitalibus, etiam Sancti Johannis Jherosolimitani et nostri sancti spiritus in Saxia de dicta Urbe ordinis sancti Augustini ac magistris et fratribus militie beate Marie Theutonicorum tam in Pruscia quam Livonia et alias per Germaniam ubilibet constitutis ac in favorem sancte cruciate necnon quatuor ordinibus mendicantium in genere vel in specie ac quibuscumque aliis locis universitatibus confraternitatibus etiam cuiuscumque qualitatis et ad quemcumque usum etiam laicorum vel clericorum institutis et singularibus personis etiam plenarias in vita et mortis articulo preterquam ratione indulgencie et jubilei huiusmodi extra urbem predictam ubilibet per nos aut predecessores nostros prefatos quomodolibet nunc et pro tempore concessas

[a] *Fol. 45.*

Hochwirdister in gott vater. Durchleuchtigster hochgebornner furst. Gnedigster herr, nach erbietung unser geburlichen dinst wollen wir ewer f. g. nicht bergen, das wir gestern abends *[14. August]* speet E. f. g. brive, des datum steet sunabends nach Jacobi *[29. Juli]* zu Halle ausgangen entfangen und demnach als heut ein eilend post an Kay^{r} Ma^{t} hoff mit unsern briven zu herrn Eytelwolff vom Stain Ritter etc und abwesens an Gabriel Vogt Kay^{r} Ma^{t} Camer Secretari oder seinem verwalter gefertigt mit einem beybrive an gnanten secretarien oder seinen vorwaltter, wô herr Eytelwolff nicht dar zur steet, alßdan den brive biß zu seiner zukunff des wir uns vorsegen an inen zu behaltten und darnach zuvorantwortten des vorsehns: Es werde dermaß nach E. f. g. gefallen bestalt sein, damit nhu E. f. g. auch wisse, was wir herrn Eytelwolff geschriben und wie unser sach im grund steet, schicken wir E. f. g. hiemit copey herrn Eytelwolffs brive, aus dem sampt andern beygelegten briven E. f. g, was gehandelt und wie unser sach steet, zu vornehmen hat und wissen dismals zu dem nicht mehr E. f. g. zu eroffnen, allein das morgen mitwochs *[16. August]* kein consistorium wirt, als wir wol gehofft, dan es ist ein Cardinal gestorben, der Final gnant[1], den man morgen begraben wirt, darumb das consistorium nachbleibt, aber freitags *[18. August]* werden wir gewiß expedition haben, wie man uns glaublich zugesagt, daran ich auch nicht zweiffel, so ferr uns Kay^{r} Ma^{t} brive, so heut ein post gebracht, nicht hindern werden, als wir doch nicht hoffen, dan man hat uns zugesagt zu expedieren freitags schirst one allen mangel non obstantibus quibuscumque. Es ist aber kein ewangelium nec Sibille folium, dan es kan sich gar bald wandelen, wie wir mehrmahls ungehofft innen worden. Als auch E. f. g. schreibt in einem

[1] Carlo Carretto Marchese di Finale.

andern brive herrn Lefin von Felthein belangend, wolt ich demselben gern volg thun, weil mir aber mein gnedigster herr der Churfurst bevolhen solich prebend vor mein gne[n] herrn marggraff Hans Albrecht zu behalten, daruff ich auch bereit laborirt und gethann, ich auch dem Churfursten derhalben geschriben und zusage gethann, weis ich solichs nicht zu endern und bitt allenthalben das thun wol zu bedencken und sunderlich das das gelt uff omnium sanctorum *[1. November]* außkome, dan die banckerre haben diß lenger zeit gegeben irs bedunckens, damit sie irs gelts uff die zeit gewiß sein, und mein und anderer auch des Melchioren ewer f. g. diener gnedigster herr zu sein und im besten nicht zu vergessen, in bedencken unser dinst dan wir eins kleinen ingenii sein, haben dennoch meinen vleis gethann. Hirmit thue wir uns E. f. g. alle bevelhn mit wunschung alles guten. Datum eylend am tag assumptionis Marie. anno etc XIIII[to]

E. f. g.

willige diener
und underthanen

Busso von Alvensleven
Johannes Blanckenfeld doctores

Gnedigster herr. Wir hetten gern hern Eytelwolff etwas mehr animert, so haben wir sorg gehabt, der brive mocht in frembde hande kommen, so wir auch freitags schierst expedition haben wurden, wer des von Gurcka handel gar umb sunst sein, das Got gebe, dan wir hettens wegk, solt er etwas uns nehmen, must mehr dartzu thun. Wir schreiben ditzs eylend, dan wir haben vorgeben post.

Dem Churfursten ist ditzs alle nicht geschriben ad longum, darumb stelln wir in E. f. g. gefallen, so dieselb seine f. g. diese schrifft und brive zuschicken will. Datum ut supra myt eyl.

Adresse: An Ertzbischoff zu Magdeburg
unsern gne[ten] herrn
In seiner f. g. selbs hand.

65. Die Gesandten Erzbischofs Albrecht in Rom an den Ritter Eitelwolf von Stein am kaiserlichen Hofe. *Rom 15. August 1514.*

Staatsarchiv Magdeburg a. a. O. fol. 34. Pap. Abschrift.

Unser gantz freuntlich dinst zuvorn. Gestrenger lieber herr und besunder frund. Nachdem wir als gestern des viertzehenden tags Augusti etlich brive unsers gne[ten] herren von Magdeburg etc auch ewern brive, so zu Halle außgangen sunabends nach Jacobi, entfangen und untter anderm uns bevolhn, das wir euch an Kay[r] Ma[t] hoff schreiben und zu erkennen geben solten, wie unser handel, darumb ir wist und wir aus

sein, stunde; also wollen wir euch nicht pergen, das Gott hab lobb unser handel gar wol steet und hoffen als morgen oder ye freitags schirst gewislich expedition zu haben aller dreyer stifft und achtten darumb one not sein, rathen auch nicht ymands etwas daraus zu geben, dan wir mussen alhir ein groß summ auch sovil geben, das unserm gnedigsten herrn hochgnant mehr heraus zu geben nicht wol leidlich noch zu thun ist. Das woltten wir euch unserm gethanen bevelch nach, damit ir euch dest baß darnach in ewer werbung habt zu richtten, nicht vorhalten, thun euch hiemit Gott bevelhn mit wunschung vil glucks und hayls zu ewerm newen ampt. Datum Rome tag assumptionis Marie anno etc. XIIII[to]

Busso von Alvensleven
und Johannes Blanckenfeld.

An herrn Eytelwolff vom Stain.

66. Die Gesandten Erzbischof Albrechts an ihn.
Rom 18. August 1514.

Staatsarchiv Magdeburg a. a. O. Bl. 35. Pap. Original.

Hochwirdigster in Gott vater durchleuchtigster hochgeborner furst. Ewer furstlichen gnaden sein unser unterthenige willige dinst altzeit zuvoran bereit. Gnedigster herr, wir geben E. f. g. frőlichs gemuts mit wunschung glucks und hails leibs unnd der selen zu erkennen, das als heut dato des achtzehnden tags Augusti E. f. g. confirmirt ist zu ertzbischoff zu Meintz und Magdeburg und zu administrator des stiffts Halberstat, darumb iubilere E. f. g. in Domino, das woltten wir E. f. g. [nicht][a] bergenn und behaltten uns hiemit fur andern das bettenbrott und thun uns E. f. g. als unserm gnedigsten herrn bevelhn. Datum Rome freitags post assumptionem Marie, der ist gewest der achtzehnde tag Augusti anno etc XIIII[to]

E. f. G. underthenige und willige
diener
Thomas graff und herr zu Reineck etc.
Busso von Alvensleven. Johannes
Blanckenfeld doctores etc

67. Meldung der sämtlichen Gesandten an Erzbischof Albrecht.
Rom 1514 August 18.

Staatsarchiv Magdeburg a. a. O. fol. 36. Pap. Or.

Hochwirdigster hochgeborner furst und her. Ewern f. g. sein unser underthenig schuldig und willige dinst alletzeit mitt gantzem fleyß zu-

[a] *Loch.*

voran bereyt. Gnedigster furst und herre, nicht ane freude und frolockung unser gemuet und hertzen verkúnden wir e. f. g., das uf heut freitags nach Assumpcionis Marie den XVIII. tag Augusti unser allerheiligster vater Babst Leo nach vil gehabten unsern vleiss muhe und arbeyt die postulation e. f. g. person halben zum stifft Mentz geschehen, in consistorio secreto gnediglich zuegelassenn und mit verwilligung aller cardinaln dieselbig e. f. g. zue Ertzbischove beyder ertzbischofflichen stift Mentz und Magdeburg auch dorzue Administrator des stifts Halberstat pronunciirt und gemacht hat, zw welchem wir e. f. g. vill glucks und heyls wuntschen, den almechtigen got ufs demútigst bietend, das er e. f. g. in glúckseliger regirung obgemelter dreyer stifft langȝceit seliglich zue fristen und zw hanthaben geruche. Auch e. f. g. ufs underthenigst ermanend sich zw innehmung des stifts Mentz furderlich zw schicken und domitt nicht lenger zu verzciehen, wurde unzcweiflich e. f. g. erlich dem stift Mentz und desselben underthanen nutzlich und ersprießlich sein. Wir wollen auch so vil an uns ist, e. f. g. befehle ferner nachzcwkommen allen fleyß habenn, und bey uns keyn mangel spuren lassen, uns alle denselben e. f. g. hirmitt undertheniglich befehlend. Geben zcw Rome freitags nach Assumpcionis Marie anno etc XIIII°

E. f. g. Thomas Grave zu Reineck Custer, Dieterich Zcobel, Mertin Truckses zu Mentz, Busse von Alvesleve zcw Magd. thumher und Johan Blanckenfelt doctor etc.

An Ertzbischoff Albrecht zue Mentz und Magd. etc.

68. Dr. Johannes Blankenfeld an Erzbischof Albrecht von Mainz-Magdeburg. Rom 1514 August 18.

Staatsarchiv Magdeburg a. a. O. fol. 37—38. Pap. Original mit erhaltenem Siegel.

Hochwurdigster hochgheborner Churfurste Meyne undhertenighe dinste ßeint e. f. g. in unnórspartem vleiße bevor. Gnedigster herr. Heut dato Got lob ßeint e. kf. g. czu erczbischoff zu Mencz alȝo bestetighet, das e. kf. g. nichts desto wenigher erczbischoff czu Magdeburgk bleibe unnd administrator zu Halberstadt ßie, der ghestaldt wie vorgestern vor dato ich e. kf. g. gheschriben, darczu wunsche ich undhertennigklich e. f. g. vil hails, ghelüks und das e. f. g. irem stiffte und undhertanen langhe zeit ghelukßeliklich und mit allem heil vorsei. Ich kan auch e. f. g. nicht vorhalten einen wellischenn possenn und ein Romisch hoff stuk, ßo mir gesternn vor dato widherfharenn, nemlich das gestern leicht umb IIII stunden noch mittaghe der orator des kunighes von Hispanien im bebstlichen pallas mich beschikt und mir vorghehalten, wie der Car-

dinal von Gurich in schriftlich ghebethenn, demnach der grave von Carpi Kar Mat orator krankheit halb unvermugklich were, er wolte bie ber het vleisigk handelenn und ansuechen umb expedition der Menczischen confirmation und e. kf. g. sachen, dan den Cardinal hette anghelanghet, das e. f. g. expeditio hie langhe vorzoghen wurde, das in hogk befrembte und kundt nicht ghewisse, worumb es gescheghe. Darauf het er der orator mit br ht ghehandelt, die im zughesagt das ghewislich als heut dato unser sach solt volzoghen werden. Des habe ich mich keghen im e. f. g. weghen vleisigk bedanket mit erbietunghe ken e. kf. g. sulichs ʒu ruemen und bie anderen meynen herren und freunden, dießem handel alhie mit vertrauen. Aber gestern abendt, do doctor Busso meinen her und freundt und ich bei dem cardinal von Medicis warenn, uberandtwurdt deß graven von Carpi diener itzgemeltem Cardinal eine schrifft kar mat an den graven von Carpi ghesteldt und ein memorial odder zetel des von Carpi. Heut noch der Expedition fragte ich denn Cardinal auch in doctor Bussen beisein umb einhalt des briewes Kar Mat, ßo forte der uns belanghet, dan ich mich mit dem Cardinal ßunderlich wol vormagk, sagte der Cardinal, Kar Mat schriebe satis modeste, peteret enim, si Sanctitas domini nostri omnino domino archiepiscopo tres ecclesias concedere vellet, quod saltem constitueretur super illlis pensio domino cardinali Gurcensi etc. Und ist des orators von Hispanien handelunghe und dis schir umb ein czeit zuganghen. In den briewen Kar Mat ist auch dem von Carpi bevholen, wie uns der Cardinal de Medicis bericht, umb weiteren vorczugk der expedition anczuesuechenn, aber be het und der cardinal haben sich gancz rechtgheschaffen in dem und heut im consistorio erʒeigt.

Aber der Cardinal Adrian titulo s. Grisoghoni hat sich nicht mit dem bestenn keghen uns ghehalten unnd ßunderlich ist er auch der ein, die do wolten mher annaten pro retentione ecclesie Magdeburgensis et Halberstadensis, heut hat darin bee het den bescheidt gheghebenn, ßeint wir sie schuldigk, ßo ßollen wir ßie gheben, ßo nicht, ßo sollen wir do mit unbeswert bleiben, wir haben vor uns die Concordata, die expresse dis thuen erortern, item articulos subscriptos manu pontificis und mher behelf, die zu schreiben dießer zeit zu langk.

Wir wollen morghen vleis thun umb ein breve, darin bebe het e. f. g. bevhel gheben ßol den stifft Mentz furderlich einzunemen, ob sie uns derhalb wie negst oben mit den bullen aufhalten woltenn, mit dem breve ad partem, darin die administration zu e. f. g. leben prorogirt, wirt es keinen mangel habenn. Dergheleichen mit vorsehunghe der stifft, das sie mit nichts in iren privilegien und fuerwole vorhindert werden.

Wir wollen auch was e. f. g. in irer instruction und ßieder durch schrifte bevholenn mit allen vleis furderenn unnd auch ßo vil mugklich

das e. kf. g. gheschikten hie balde abziehen e. kf. g. des kostens zu erliechteren, der ich mich undhertennigklich bevhelich und czu dienen alles vermughens willigk bin. Undhertennigklich bittende e. kf. g. wollen auch mögen wen ichts von geistlichen lehennen, do mit mich e. kf. g. vorsehen konnen, czu falle kome, unnd mitler czeit mit den primarien gnedigklich eingedenk zu ßein. Datum Rome XVIII. Augusti anno XIIII.

E. kf. g. wolle auch diße meyn schrifft E. kf. g. bruder meym gn[n] hern mitteilen.

E. kf. G. underthenigher diener

Johannes Blankfeldt

Teutsches ordens procurator generalis.

Adresse mit Beisatz: in ir f. g. handt.

69. Motu proprio Leos X. Der Papst befiehlt, vom Erzbischof Albrecht von Mainz für die Beibehaltung des Erzbistums Magdeburg und des Bistums Halberstadt keine Abgaben zu fordern.

O. D. [1514 Sommer].

Arch. Vatic. Divers. 64. fol. 39[r].

Das Stück steht zwischen einem anderen vom 11. Juli 1514 und einem vom 30. Sept. d. J.

Motu proprio etc Cupientes, ne dilectis filiis oratoribus venerabilis fratris nostri Alberti archiepiscopi Maguntinensis pretextu retentionis ecclesiarum Magdeburgensis et Alberstadensis in solutionibus annatarum tam ad nos quam ad sacrum collegium sancte Romane ecclesie cardinalium et aliorum officialium eidem archiepiscopo aliquod prejuditium inferatur, presertim cum simus plene informati etiam per decretum emanatum a dilectis filiis nostris camere apostolice presidentibus, quod ecclesie predicte vacarunt bis in anno et vigore compactarum seu concordie cum principibus nationis Germanie non sint obnoxie alicui solutioni, ideo motu predicto et ex certa scientia precipimus et mandamus omnibus officialibus cujuscumque status gradus et conditionis existant, ut ab exactione pretensorum jurium omnino abstineant nec per se nec per alios aliquid exigere audeant sub pena privationis officiorum et suspensionis a divinis ipso jure incurrenda, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus.

Placet et ita motu proprio mandamus pro hac vice dumtaxat J. Collat.

Jo. Ja. Cipellus.

70. Das Domkapitel ratifiziert die Abrechnung des Domherrn Mefsnang mit den Fuggern über das Ablafsdrittel. Konstanz 1514 August 30.

Generallandesarchiv Karlsruhe 5/194.

Perg. Or. mit Bruchstück des Siegels.

Wir Thumdechan und Capitel des Thumstiffts zu Costenntz Bekennen und tugen khundt menngclichem, Als der Wurdig Hochgelert unnser lieber mitthumher Johanns Meßnang licenciat etc In namen unnser und von wegen der fabric berůrts Thůmstiffts mit den Vesten unnsern liebn frunden hern Jacoben Fuggern und sinen nepoten zu Augspurg als påpstlicher hailligkait procuratern und anwelten von gevellen der Indulgenntz nechstverschiner fasten In den vier Bisthumben Chur Augspurg Straßburg und Costenntz In namen gemellter fabric unnsers Thumstiffts gehallten, och alles Innemens Vßgebens und uffgeloffen expenß rechnung gethan und daby ettlich gellt von solhen gevellen påbstlicher hailligkait zugehorig, och ettlich expenß noch ustellig beliben und sich daruff verschriben sollich usstendig gelt und expenß und ob an widerzellung oder sunst manngel hieran erfunden wurd zu erstatten lut siner hanndtgeschrifft mit aigen Secret besigelt, der Datum wyßt Anno etc funffzehenhundert vierzehen subenzehen Augusti, Daȝ wir sölh sin caution und verschribung wolbedachtlich und fryes willen ratifficiert und angenommen haben und tügen also die hiemit wussennlich bevesten und annemen in allen puncten och form und maß er die gegeben hat. Gereden und versprechen daruff sölhs alles, des er sich verschriben, wär und vest ze hallten und zü erstatten fur unns und alle unnser nachkommen angeverde. Vrkund diß brieffs mit unnsers Capitels gemainen Secret by ennd der geschrifft besigelt, geben uff Mittwoch den dryssigesten Tag des Augstmonats von Cristi unnsers lieben heren gepurdt funffzehenhundert und im viertzehenden Jare.

71. Motu proprio Leos X. Er quittiert, vom Erzbischof Albrecht von Mainz durch die Fugger 3400 Dukaten Servitiengelder erhalten zu haben. Ende 1514.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 42ᵛ.

Die Datierung ist nach der Stellung im Bande vielleicht noch genauer zu präzisieren.

Leo papa X.

Motu proprio etc. fatemur recepisse a dilecto filio Alberto ex marchionibus Brandeburgensibus electo ecclesie Maguntine ducatos tria millia et quadringentos auri in auro de camera pro communi servitio nobis et camere apostolice debito ratione provisionis de eius persona eidem ecclesie facte, que in libris camere ad decem millia ducatos similes taxata

reperitur, quam summam trium millium et quadringentorum ducatorum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Alamani Romanam curiam sequentes nobis persolverunt hoc modo, videlicet ducatos tria millia similes solutos nobis in prompta et numerata pecunia, et alios quadringentos ducatos similes retentos penes se in deductionem et defalcationem maioris summe, quam a nobis habere debent, prout constat per litteras patentes camere apostolice. Et licet totam dictam summam penes se retinere et pro concurrenti quantitate eorum crediti excomputare potuissent, attamen cupientes nobis complacere solum dictos quadringentos ducatos retinuerunt, in quo nobis rem admodum gratam fecerunt, mandando venerabili fratri nostro R. episcopo Ostiensi ac thesaurario, presidenti et clericis dicte camere, ut summam predictam dictorum trium millium et quadringentorum ducatorum nobis ut prefertur solutorum ad ordinarium introitum et exitum ipsius camere poni et describi faciant, ac quietancias et alias scripturas super solutione dicti communis expediri curent et mandent. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Fatemur et ita motu proprio mandamus J.

Coll.[a] Jo. Ja. Cipellus.

72. Motu proprio Leos X. Anerkennung, dafs die Kammer den Fuggern für Verbesserungen in der Münze 800 Dukaten schuldet, und Anweisung für deren Ersatz. Magliana 1515 Januar 13.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 109. Regest Hergenröther 13678.

Leo papa X[s].

Motu proprio etc. Cum certificati simus, quod dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses Romanam curiam sequentes, qui expensas in reparationibus zeche Urbis, quam felicis recordationis Julius papa II. predecessor noster Vulrico Fucher et fratribus eorumdem Jacobi et nepotum auctoribus concesserat et quam prefati Jacobus et nepotes etiam tempore nostro continuarunt et continuant, sunt in interesse et damnis ultra summam mille ducatorum in reparatione loci dicte zeche per eorum auctores pro comodiori exercitio eiusdem zeche expositorum, de quibus in computis in camera apostolica pro tempore datis mentio habita non fuit, volentes eorum indempnitati providere ipsos Jacobum et nepotes veros et legitimos creditores nostros et camere apostolice in summam ottingentorum ducatorum auri tenore presentium premissorum occasione declaramus constituimus et facimus. Mandantes venerabili fratri nostro Raphaëli episcopo Ostiensi camerario et Ferdinando Ponzetto generali thesaurario ac clericis et presidentibus camere aposto-

---

[a] *Von hier ab andere Hand.*

lice, ut prefatis de Fucheris de dicta summa quamprimum satisfieri curent eisque de Fucheris pro faciliori consecutione dicte summe omnes et singulos fructus redditus et proventus dicte camere et presertim annatarum et comunium nobis et dicte camere ex quibusvis expeditionibus de partibus Alamanie Hungarie et Pollonie per ipsos de Fucheris pro tempore faciendis debitarum specialiter et expresse obligamus et eisdem de Fucheris, ut de illis retineri liceat usque ad integram satisfactionem dicte summe, volumus et concedimus ac de et super premissis ipsis de Fucheris literas patentes crediti huiusmodi fieri volumus et mandamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Maliane die 13 januarii 1515. pontificatus nostri anno secundo.

Ita declaramus et mandamus J.

Am Rande: pro Fucharis. Coll. L. Amerin.

73. Motu proprio Leos X. Quittung über Zahlungen aus dem Ablasse in Ungarn, Polen, Schlesien und Böhmen seitens der Fugger.
Magliana 1515 Januar 13.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 105v. Reg. Hergenröther 13673.

Leo papa X.

Motu proprio etc. Fatemur per presentes habuisse et recepisse in prompta et numerata pecunia a dilectis filiis Jacobo Fucher et nepotibus mercatoribus Alemanis Romanam curiam sequentibus summas pecuniarum infrascriptas: videlicet ducatos ottingentos viginti unum, sol. 13 den. 4 auri de camera in auro, qui sunt pro integro residuo omnium pecuniarum exactarum in regno Ungarie pro tertia parte obveniente ex jubileo per felicis recordationis Julium papam II. predecessorem nostrum concesso in dicto regno, deductis et retractis omnibus et singulis expensis quomodocunque factis in exigendis et mittendis ad Urbem dictis pecuniis, et ducatos quinque milia septingentos sexaginta unum auri similes sol. 3 den. 6 pro residuo omnium pecuniarum exactarum in regno Polonie pro tertia parte obveniente similiter ex jubileo per eundem Julium predecessorem concesso in dicto regno, deductis expensis factis ut supra, et similiter ducatos duo milia centum et triginta quinque similes et sol. 10 pro residuo pecuniarum exactarum in Slessia et Boemia pro tertia parte etiam obveniente ex jubileo ut supra concesso in dictis locis, deductis similiter expensis factis modo premisso. De quibus omnibus et singulis pecuniarum ut supra solutarum quantitatibus prefatos Jacobum et nepotes eorumque ministros nec non eorundem heredes et successores ac bona et jura quecunque sine preiudicio tamen nostro contra alios qui in exactione pecuniarum dicti jubilei intervenerint tenore presentium quietamus absolvimus et liberamus et pro quietatis absolutis et liberatis ex certa

nostra scientia habere volumus. Mandantes motu simili venerabili fratri nostro Raphaëli episcopo Ostiensi camerario ac dilectis filiis Ferdinando Ponzeto generali thesaurario nec non presidentibus et clericis camere apostolice et illis, ad quos spectat, ut super dictis solutionibus nobis ut premittitur factis quietantias et alias scripturas ad id necessarias et oportunas eisdem Jacobo et nepotibus in pleniori et autentica forma, prout ipsis Jacobo et nepotibus vel eorum ministris videbitur et placebit, ad omnem eorum simplicem requisitionem conficiant ac confici ac tradi curent cum effectu pro eorum securitate et cautela. In contrarium facient. non obstantibus quibuscunque. Datum Maliani die 13. januarii 1515. pontificatus nostri anno secundo.

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Coll. L. Amer.

Am Rande: pro Fucharis.

74. Motu proprio Leos X. Quittung über ein Darlehen der Fugger von 8000 Dukaten und Anweisung für deren Ersatz.

Magliana 1515 Januar 13.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 109 v. Reg. Hergenröther 13677.

Leo Papa X.

Motu proprio etc. fatemur habuisse realiter et cum effectu recepisse occasione veri puri et legitimi mutui a dilectis filiis Jacobo Fucher et nepotibus mercatoribus Augustensibus Romanam curiam sequentibus ducatos otto milia auri in auro de camera, quam summam nobis pro necessitatibus et occurrentiis nostris et sedis apostolice mutuarunt. Quapropter volentes eorum indempnitati ac plene securitati providere constituimus eos exnunc et tenore presentium declaramus veros legitimos et indubitatos nostros et dicte camere apostolice creditores de suprascripta pecuniarum summa, pro cujus summe faciliori consecutione motu simili et ex certa nostra scientia concedimus et ex nunc assignamus eis usque ad integram dicte summe satisfactionem omnes annatas et communia omnium ecclesiarum et monasteriorum nec non quecunque alia jura nobis et eidem camere debita tam occasione cujuscunque jubilei vel indulgentie concesse seu concedende presertim ex provintiis Alamanie Datie nec non omnes pecuniarum summas, que ad eorum manus pro expeditionibus per eos pro tempore faciendis nobis et ipsi camere ex quavis causa et occasione solvendis in futurum evenire contigerit, quas absque aliqua contradictione exigere et penes se libere retinere possint usque ad integram satisfactionem predictam. Inhibentes propterea districtius quibuscunque nuntiis legatis commissariis et aliis quibuscunque personis quacunque auctoritate fulgentibus, ne prefatos mercatores occasione premissa sub

quovis pretextu aut colore molestare presumant. Mandantes venerabili fratri nostro episcopo Ostiensi camerario ac Fernando Ponzetto thesaurario nec non presidentibus et camere antedicte clericis, ut eisdem Jacobo et nepotibus de suprascripta summa quam primum satisfieri ac scripturas et mandata et instrumenta super hiis necessaria et oportuna confici et expediri curent faciant et mandent pro ipsorum mercatorum securitate; in contrarium facient. non obstantibus quibuscunque. Datum Malian[i] die 13. Januarii 1515. pontificatus nostri anno secundo.

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Coll. L. Amerin.

Am Rande: pro Fucharis.

75. Motu proprio Leos X. Quittung über Zahlung aus dem Ablaſs der Augsburger Predigerbrüder durch Vermittlung der Fugger.

Magliana 1515 Januar 13.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 107. Reg. Hergenröther 13674.

Leo papa X.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses receperint a priore et conventu fratrum ordinis predicatorum in civitate Augustensi provintie Maguntine florenos mille noningentos nonaginta quinque Renenses et unum duodecimum unius similis floreni in diversis monetis nomine nostro pro eo, quod nobis debebatur pro medietate elemosinarum jubilei per nos concessi dicti priori et conventui in quatragesima proxime decursa, et de dicta summa defalcentur floreni centum viginti otto similes pro detrimento seu agiis monetarum et provisionibus eorundem mercatorum et aliis expensis per eos factis, et sic restent floreni mille ottingenti et viginti septem et unus duodecimus similis floreni Renensis, qui reducti ad ducatos auri in auro de camera ad rationem centum quatraginta florenorum Renensium pro quolibet centinario ducatorum auri de camera prout est moris, faciunt et constituunt summam ducatorum mille tricentorum et quinque auri in auro de camera, quam quidem summam ducatorum mille trincentorum et quinque auri in auro de camera nobis in prompta et numerata pecunia solverunt prefati de Fucheris per manus suorum de Urbe, prout per presentes fatemur, de quibus quidem supradictis summis nostro nomine receptis et nobis ut prefertur solutis realiter et cum effectu eosdem Jacobum et nepotes eorumque ministros ac eorumdem heredes et successores tenore presentium quietamus absolvimus et liberamus, ac pro quietatis absolutis et liberatis haberi volumus, mandantes motu simili venerabili fratri nostro episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis Ferdinando Ponzetto generali thesaurario ac presidentibus et clericis camere apostolice

et aliis ad quos spectat, ut eisdem Jacobo et nepotibus ad omnem eorum simplicem requisisionem debitas quietantias et alias scripturas necessarias in pleniori et autentica forma, prout ipsis Jacobo et nepotibus vel eorum ministris videbitur et placebit, conficiant ac confici et tradi curent cum effectu pro eorum securitate et cautela, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Maliani die 13. januarii 1515. pontificatus nostri anno secundo.

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Coll. L. Amerin.

Am Rande: pro Fucharis.

76. Leo X. löst das Verhältnis der Fugger zur Münze und quittiert ihnen. [Magliana 1515 Januar 13.]

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 110.

Zur Datierung: Folgt unmittelbar auf die Stücke vom 13. Jan. 1515.

Leo papa decimus.

Considerantes quod sublato de medio Julio predecessore nostro zecha seu facultas cudendi monetas in alma Urbe alias per eundem predecessorem nostrum dilectis tunc filiis Ulrico de Fucharis et fratribus mercatoribus Alemanis Romanam curiam sequentibus pro quindecim annis concessa tam per obitum ipsius predecessoris quam etiam per obitum dicti Ulrici et mutato nomine ipsorum de Fucharis omnino cessavit et facultas, qua dilecti filii Jacobus de Fucharis et nepotes mercatores Alamani etiam eandem curiam sequentes in cudendam monetam sub novis insigniis nostris usi fuerint nisi nostris tacitis consensu et voluntate excusarentur possent merito redargui, nos plenius informati, quod prefati de Fucharis tam temporibus quibus vixit dictus Henricus (sic) quam successive Jacobi et nepotum diligenter et fideliter se habuerunt, cupientes quoque eorum devotioni quam in sedem apostolicam et nos promptam semper exhibuerunt condescendere, ipsos de Fucharis qui ut accepimus dictam zecham dimittere cupiunt a tanto vinculo, quo forsan nobis ex huiusmodi ingestione in cudendam dictam monetam astricti esse dicerentur, liberaliter absolvimus et eos plene liberamus, zecham nostram huiusmodi ad nos advocantes et recipientes, venerabili fratri Raphaëli episcopo Portuensi camerario nostro et dilectis filiis thesaurario ac clericis et presidentibus camere apostolice committimus et mandamus, ut vocatis dictis Jacobo et nepotibus mercatoribus predictis seu dilecto filio Johanni Zinch eorumdem mercatorum institore ab ipsis Jacobo et nepotibus et pro eis a dicto Johanne institore computa pro temporibus, quibus zecham huiusmodi exercuerunt, prout moris est recipiant et si ex computis huiusmodi dicte camere apostolice creditores restare reperti fuerint, eis de oportuno

assignamento pro debita satisfactione provideant et omnia alia et singula, que in premissis et circa ea fuerint quomodolibet oportuna, faciant. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Placet et ita motu proprio mandamus.

Coll. L. Amerin.

Am Rande: pro Fucharis.

77. Motu proprio Leos X. Quittung über Zahlung aus dem Ablafs des Konstanzer Domkapitels durch Vermittlung der Fugger.

O. D. Wohl sicher 1515 Januar 13.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 107ᵛ. Reg. Hergenröther 13676.

Leo papa X.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses receperint a venerabili fratri episcopo et dilectis filiis capitulo ecclesie Constantiensis summam et quantitatem florenorum trium milium quingentorum quinquaginta quatuor Renensium in diversis monetis nomine nostro pro eo, quod debebat nobis pro tertia parte elemosinarum jubilei alias per felicis recordationis Julium secundum predecessorem nostrum dictis episcopo et capitulo concessi, et de dicta summa defalcentur floreni ducenti similes pro detrimento seu agiis monetarum et provisionibus eorumdem mercatorum et aliis expensis, et sic restant floreni tria milia trecentum quinquaginta quatuor, qui reducti ad ducatos auri in auro de camera constituunt summam ducatorum duorum milium trecentorum nonaginta quinque ad rationem centum quadraginta florenorum Renensium pro quolibet centinario ducatorum auri de camera prout est moris, et de dicta summa trium milium trecentorum nonaginta quinque florenorum nobis satisfecerunt prefati de Fucharis per manus suorum de Urbe hoc modo videlicet, quia solverunt nobis actualiter ducatos mille centum nonaginta septem cum dimidio auri de camera, et alii mille centum nonaginta septem cum dimidio fuerint eisdem de Fucharis de Urbe excomputati super patentibus crediti eorum cum camera nostra apostolica de maiori summa, prout per presentes fatemur et recognoscimus. Propterea prefatos de Fucharis de dicta summa trium milium quingentorum quinquaginta quatuor florenorum Renensium nomine nostro ut prefertur receptorum quietamus et nobis integraliter satisfactum esse affirmamus. Mandantes propterea venerabili fratri nostro R[aphaëli] episcopo Ostiensi camerario nostro ac Fernando Ponzetto decano thesaurario nostro generali nec non dilectis filiis presidentibus et clericis camere apostolice, ut desuper premissis oportunas quietantias et alias scripturas necessarias eisdem mercatoribus de Augusta et Romanam curiam se-

quentibus faciant et fieri mandent, contrariis non obstantibus quibuscunque.

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Coll. L. Amerin.

78. Motu proprio Leos X. Zweite Quittung über Zahlung aus einem Ablafs des Konstanzer Domkapitels durch Vermittlung der Fugger.

Magliana 1515 Jan. 13.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 64. fol. 106. Reg. Hergenröther 13675.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses receperint a dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Constantiensis summam et quantitatem florenorum quatuormilium quadringentorum septuaginta quatuor Renensium et unum quartum similis floreni in diversis monetis nomine nostro pro eo, quod nobis debebatur pro medietate elemosinarum jubilei per nos concessi dictis decano et capitulo in quadragesima proxime decursa; et de dicta summa defalcentur floreni tricenti sexaginta quinque similes et unus tertius similis floreni pro detrimento seu agiis monetarum et provisionibus eorundem mercatorum et aliis expensis per eos factis et sic restant floreni quatuor mille centum et octo et quinque sexti unius floreni, qui reducti ad ducatos auri in auro de camera ad rationem centum quadraginta florenorum Renensium pro quolibet centinario ducatorum auri de camera prout est moris, faciunt et constituunt summam ducatorum duorum milium noningentorum triginta quatuor et solidorum decem et septem auri de camera, quam quidem summam duorum millium noningentorum triginta quatuor et solidorum 17. auri de camera nobis in prompta et numerata pecunia solverunt prefati de Fucharis per manus suorum de Urbe, prout per presentes fatemur, de quibus quidem supradictis summis nostro nomine receptis ac nobis ut prefertur solutis realiter et cum effectu eosdem Jacobum et nepotes eorumque ministros ac eorundem heredes et successores tenore presentium quietamus absolvimus et liberamus ac pro quietatis absolutis et liberatis habere volumus. Mandantes motu simili venerabili fratri nostro R[aphaëli] episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis Ferdinando Pozetto generali thesaurario ac presidentibus et clericis camere apostolice et aliis, ad quos spectat, ut de et super predictis eisdem Jacobo et nepotibus ad omnem eorum simplicem requisitionem debitas quietantias et alias scripturas necessarias in pleniori et autentica forma, prout ipsis Jacobo et nepotibus vel eorum ministris videbitur et placebit, conficiant ac confici et tradi curent cum effectu pro eorum securitate et cautela; in contrarium facientibus non obstantibus quibus-

cunque. Datum Maliani Portuensis diocesis die 13. januarii 1515. pontificatus nostri anno secundo.

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Coll. L. Amerin.

Am Rande: pro Fucharis.

**79. Leo X. gibt dem Domkapitel zu Trier zum Besten des Trierer Domes auf zwei Jahre einen in der Kirchenprovinz Trier zu verkündigenden Ablafs. Rom 1515 Febr. 1.*

Leo . . . . universis in civitate diocesi et tota provintia Treveren. constitutis.

»Dum proclivia in omni evo sexuque« »Cum itaque sicut accepimus ecclesia Treverensis sub beati Petri principis apostolorum nomine dedicata, quam sancta Helena clare memorie Constantini imperatoris mater in ejus palatio construi et inibi tunicam inconsutilem domini nostri Jesu Christi et unum ex claviis, quibus idem Dominus noster cruci affixus fuit, ac caput sancti Cornelii pontificis et martiris venerabiliter recondi fecit ac quam illis et aliis quampluribus preciosissimis reliquiis decoravit et que in Germania et Gallia Metropolitinarum ecclesiarum omnium antiquissima et propterea ac ob sacratissimas in eo reconditas reliquias ab universis illarum partium Christi fidelibus summa in veneratione haberi consuevit, in suis structuris et edificiis vetustate consumptis et tante Basilice dignitati minime convenientibus in instauratione et ampliatione necnon in vasis crucibus calicibus paramentis etiam sacerdotalibus et aliis plurimis ad dictarum reliquiarum et divini cultus ornatum necessariis refectione et incremento adeo indigere noscatur, ut earum rerum absque populorum in illam devotionis et reverentie detrimento ulteriori nequeat laborare penuria et ad tanti operis machinam subeundam ipsius ecclesie facultates ab hiis citra temporibus defecerint, quibus ecclesiam predictam in Romane ecclesie fide et devotione persistentem Hunni Vandali et alie barbare gentes hostiliter invaserunt, diripuerunt et illius bona depopulati sunt. Nos vero fabrica Basilice eiusdem beati Petri sumptuose et multorum annorum opere inchoata diversisque aliis sedi apostolice incumbentibus necessitatibus gravati subvenire et prout alias libenter faceremus nequaquam possumus« verleiht allen Bewohnern von Trier und der Provinz Trier Ablafs. Termin: innerhalb zwei Jahre von der Publikation dieser Bulle an. Kommissare: Johannes de Meyeczenhausen cantor et canon eccl. Treveren. et Johannes de Acie utriusque juris doctor officialis curie Treverensis. Besuch der Domkirche oder der von den Kommissaren zu bestimmenden Kirchen, Gaben in die Capsae »in subsidium fabrice ecclesie Treverensis«. Es folgen dann sehr umfangreiche

Bestimmungen: Wahl eines Beichtvaters (nach Übereinkommen mit dem Kommissar), der Vollmacht hat, die Absolution und Ablaſs zu geben totiens quotiens bez. einmal in articulo mortis. *(Diese Formel stimmt durchweg mit dem Ablaſsbrief vom 30. Mai 1515 überein).* Veränderung von Gelübden. Befreiung von Irregularität usw. usw. de male ablatis et vel per usurariam pravitatem quesitis etc. Dispens wegen Verwandtschaft, Besitz von Kirchengut.

Für die zwei Jahre werden alle Ablässe abgekündigt (auch der für St. Peter in Rom), auch alle Bettelgänge, Genehmigung von Prozessionen bei Verkündigung des Ablasses. Ablaſs für die Verstorbenen per modum suffragii.

Rome apud s. Petrum a. i. d. 1514. Kal. Febr. p. n. a. s.

Auf dem Buge: F. de Vega.
Unter dem Buge: Ja. Sadoletus. Visa E. Balbus.
Auf der Rückseite: Apud me Ja. Sadoletum.

Die Bulle ging also durch die Secretaria.

Mit Bindfäden wurde einst die Bulle an Nägeln befestigt, von jenen sind mehrere Stücke erhalten.

**80. 24 Kardinäle gewähren der hl. Rockbruderschaft am Trierer Dome Ablaſs. Rom 1515 Februar 8.*

»Raphael Ostiensis, Dominicus Portuensis, Jacobus Albanensis, Franciscus Tiburtinus et Marcus Prenestinus episcopi [1], Thomas tit. sancti Martini in Montibus, Franciscus tit. sanctorum Johannis et Pauli, Nicolaus tit. sancte Prisce, Adrianus tit. sancti Crisogoni, Leonardus tit. sancte Susanne, Sixtus tit. sancti Petri ad Vincula, Antonius tit. sancti Vitalis, Petrus tit. sancti Eusebii, Achilles tit. sancti Sixti, Bendinellus tit. sancte Sabine et Laurentius tit. sanctorum Quatuor Coronatorum [2], Federicus sancti Angeli, Alexander sancti Eustachii, Marcus sancte Marie in via lata, Amaneus sancti Nicolai in Carcere tulliano, Sigismundus sancte Marie nove, Alfonsus sancti Theodori, Julius sancte Marie in Dompnica et Innocentius sanctorum Cosme et Damiani diaconi miseratione diuina sancte Romane ecclesie cardinales« [3] verleihen, da in der Trierer Kirche

[1] Die Kardinalbischöfe sind Raffaele Riario, Domenico Grimani, Giacomo Serra, Franceso Soderini und Marco Vigerio. Von den Kardinalbischöfen fehlt nur Philipp von Luxemburg.

[2] Die Kardinalpriester sind Thomas Bacocy, Francesco Remolin, Nicolà Fieschi, Adriano, Lionardo della Rovere, Sisto della Rovere, Antonio de Monte, Petrus Accolti, Achille de' Grassi, Bendinello Sauli und Lorenzo Pucci. Es fehlen der Erzbischof von York, Ximenes, Schinner und der franz.. Kardinal Clermont.

[3] Von den Kardinaldiakonen sind genannt: Alessandro Farnese, Marco Cornelio, Amanto d' Alibert, Sigismondo Gonzaga, Alfonso Petrucci, Giulio Medici, Inno-

eine Bruderschaft »sub vocabulo passionis domini nostri Jesu Christi ac Tunice inconsutilis eiusdem« besteht, und damit die Kirche eifrig besucht, in ihrem Bau erhalten und mit Kirchenschmuck gebührend versehen werde, aut Bitte des Dechanten und Kapitels jeder Kardinal allen »vere penitentibus et confessis«, welche zu bestimmten Festlichkeiten der Bruderschaft kommen und hilfreiche Hand gewähren, je 100 Tage Ablafs.

Rome in domibus nostris a. a nat. dom. 1515 8 m. Febr. p. s. d. n. p. Leonis anno 2.

Auf dem Bug: G. Hominis.
Unter dem Bug: Jo de Contre quadraginta .
Jo. Viarampis.
Auf der Rückseite: Jo. Viarampis.

Reich geschmücktes Original. Arabesken umgeben an den drei Seiten den Text. Oben in der Mitte: die hl. Helena mit dem Rock, rechts Kreuzigung, links St. Petrus, in der rechten Ranke der Kreuzesnagel, der entsprechende Platz in der linken leer.

Unten breiter Bug. Von den Siegeln nur das 9. erhalten: Wappen des Kardinals Adriano di Castello.

81. Breve Leos X., betreffend die Verteilung der Erträgnisse des Ablasses für den Trierer Dombau. *Rom 1515 März 1.*

Staatsarchiv Coblenz. Perg. Or. Siegel abgefallen.

Leo Papa X[s]. Venerabilis frater et dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem. Supplicationibus vestris nobis per dilectos filios Joannem Metzenhusen cantorem et canonicum ecclesiae Treverensis et Joannem Acie utriusque Juris doctorem et officialem Curiae Treverensis, Oratores tuos, frater Archiepiscope, porrectis eo libentius annuimus, quo exploratius cognovimus, ex illis animarum Christi fidelium saluti ac reparationi et ornatui ecclesiae vestre Treverensis consultum iri, liberalioresque ob id nos exhibuissemus, nisi necessitas fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, cuius magnitudo maiores sumptus in dies exposcit, nos coegisset aliquid ex vobis concessis proventibus in illius subsidium subtrahere: Volumus igitur medietatem omnium et singulorum proventuum et elemosinarum provenientium ex indulgentiis et facultatibus in favorem ipsius vestre ecclesię per nos ad biennium conceßis dictae nostrę fabricę de Urbe cedere. Et ut eo certius proventus predicti conserventur, quod singulis truncis sive capsis in vestra et aliis ecclesiis provintiae ad id collocandis saltem duę claves diversis seris imponantur, quarum unam Guardianus domus fratrum minorum de observantia oppidi

---

cenzo Cybò. Federicus s. Angeli ist Matthäus Lang. Es fehlen der Kardinal von Arragon und Ippolito d' Este.

Confluentię vel ab eo deputandus vel deputandi, alteram seu alias Commissarii dictarum indulgentiarum per nos deputati vel ab eis substituendi teneant: ad earundemque capsarum clausuram et reserationem Guardianus prędictus vel ab eo deputati requiri una cum Notario publico et Testibus haberi et de inventis in eisdem rogari et instrumentum exinde confectum una cum litteris dicti Guardiani ac pecuniis medietatis prędictae ad dilectorum filiorum Jacobi Fucher et nepotum mercatorum Romanam curiam sequentium Responsalem Coloniae commorantem de sex mensibus in sex menses transmitti debeant. Et ne ecclesia vestra vel eius ministri in aliquo graventur, quoniam, sicut iidem Oratores exposuere, per diem festi Penthecostes et alios quindecim dies inclusive immediate sequentes, ex populi ad eam devotionis causa confluentis multitudine consuevit nonnullos proventus consequi, ordinavimus capsas dictarum indulgentiarum in ipsa ecclesia duntaxat consistentes in vigilia festi prędicti evacuandas et evacuatas iterum ut pręfertur claudendas et post diem quintum decimum etiam reserendas; et de tunc inventis in eisdem ecclesia vestra duas tertias et reliquam tertiam fabrica nostra recipiant; sed reliquis anni temporibus pro medietate partiri debeant, ut pręfertur. Et quoniam perspeximus Oratores prefatos fide et solerti industria pollere, cupientes et vestrę et nostrę fabricis prędictis bene esse consultum, eosdem indulgentiarum et facultatum prędictarum nostros et apostolicae sedis nuntios et commissarios deputavimus, ut in earundem litteris plenius continetur, Eisdem pro eorum mercede et laboribus ducatos trecentos auri de camera anno quolibet communiter dividendos et centum alios ducatos similes anno singulo pro impressione confessionalium et exemplorum dictarum litterarum ad sustinendas impensas, quas in dicta impressione fieri necesse erit, concessimus, constituimus et deputavimus; dictasque concessiones nostras tam trecentorum ducatorum pro eorum laboris et diligentię premio quam centum aliorum similium pro impressura confessionalium inter eos ęquis partibus dividendorum a fraternitate et devotionibus vestris illis inviolabiliter observari mandamus. Volumus autem, ut ad has et alias impensas promptiores vos efficiamus, de nostra mera liberalitate ducatos ducentos quinquaginta auri de camera quolibet anno ex ea medietate, quae integra ad nos pervenire debuit, vobis relaxare et concedere, dummodo nihil ultra ex ea quavis causa vel cuiusvis impensae occasione detrahatur, atque haec omnia ut melius et accuratius executioni demandentur, litteras prędictas pręfato Guardiano clausas reddi iussimus eidemque iniunximus, ut ad illarum publicationem paratum se offerat et exhibeat, fraternitatem et devotionem vestram hortantes in Domino et requirentes, ut tales vos circa ipsas indulgentias et proventus exponendos geratis, ut merito commendari et majoribus gratiis digni haberi mereamini. Datum Romę apud Sanctum

Petrum sub anulo Piscatoris die Prima Martii M. D. XV. Pontificatus nostris anno secundo.

Ja. Sadoletus *[unter dem Bug]*.

Auf der Rückseite Adresse: »Ven[li] fratri Archiepiscopo Treverensi ac dilectis filiis Decano et capitulo ecclesię Treveren.«

82. Die päpstliche Kammer erkennt eine Schuld von 8000 Dukaten bei den Fuggern an. *Rom 1515 März 9.*

Arch. Vatic. Divers. 64. fol. 161 r.

R[aphael]episcopus Ostiensis Dilectis nobis in Christo Jacobo Fucher et nepotibus mercatoribus Augustensibus Romanam curiam sequentibus salutem in domino sempiternam. Cum nuper exhibitum fuerit pro parte vestra in camera apostolica quoddam mandatum manu S. D. N. pape signatum registratum libro secundo diversorum folio 119 cujus tenor est Leo papa X motu proprio etc.[1] nos volentes mandatum predictum debite ut tenemur exequutioni demandare et indemnitati et securitati vestre providere, de mandato S. D. N. pape vive vocis oraculo super hoc nobis facto ac auctoritate nostri camerariatus officii ex deliberatione quoque in camera apostolica mature prehabita, vos veros et legitimos ejusdem camere creditores tenore presentium constituimus decernimus et declaramus pro dicta summa octo milium ducatorum auri in auro de camera vobisque concedimus, ut summam ipsam ex quibuscumque annatis et communibus ecclesiarum et monasteriorum omnium ac aliis juribus nobis et eidem camere debitis etiam occasione cujuscumque jubilei vel indulgentie concesse vel concedende presertim ex provinciis Alemanie Dacie Livonie Hungarie et Polonie recuperare et penes vos retinere libere et sine aliqua contradictione valeatis usque ad integram satisfactionem, mandantes presidentibus et clericis camere prelibate, ut vobis hec omnia efficaciter observare et per eos ad quos spectat observare faciant ac scripturas et mandata ad hec necessaria et oportuna expediant et tradant, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in camera apostolica die 9. martii 1515 anno secundo

Visa F. Ponzettus camere apostolice clericus
Visa Phe. Camere apostolice clericus
Visa J. Armellinus camere apostolice clericus
Visa Jo. de Viterbio camere apostolice clericus
Visa J: de Gisbertis camere apostolice clericus

L. Anitrin

[1] Quere in presenti libro fol. 119. ubi reperies registratum dictum mandatum.

Am Rande: Die 19 martii 1515 dominus Joannis Zinch habuit de supradicta summa ducatos centum auri de camera et jul. duos pro annata preceptorie domus sancti Antonii Augustensis diocesis provincie Maguntine: 100 jul. 2

Die 13. junii 1515 habuit ducatos ducentos quinquaginta auri de camera

Die 13. dicti habuit ducatos ducentos quinquaginta tres 1/9

Die 23. Augusti 1515 habuit ducatos mille et quinquagentos

Die 28. Augusti 1515 habuit ducatos ducentos vigintiquinque

Die 28. Augusti 1515 habuit ducatos septuagintaquinque auri de camera

Die 11. Octobris 1515. habuit ducatos decem et octo sol. 14. auri de camera

Dicta die habuit ducatos triginta unum et sol. 4 auri similes

Die 16. Maii 1516 habuit ducatos nonigentos octuaginta duos cum dimidio auri similes

Die dicta habuit ducatos quatringentos quinquaginta quatuor cum dimidio auri similes

Dicta die habuit ducatos mille octingentos similes.

83. Die Stadt Nürnberg an Jakob Fugger über den abgewiesenen Augsburger Ablafs und die Verhandlung über einen Nürnberger.

1515 März 12.

K. Kreisarchiv Nürnberg, Briefbuch Nr. 73 fol. 211.

Jacoben Fogker Rör Kr Mt. Rathe.

Erber vnd vester! Wir sind glauplich bericht, das die wirdigen prior vnd Conuent des prediger Closters zu Augspurg bey bebstlicher heiligkeit etlich Indulgentz vnd ablas erlanngt vnd die In vnnser Stat zu verkunden vnd vffzurichten vorgehapt, auch deßhalb den hochwirdigen Fürsten vnd Herrn Herrn Georgen, Bischofen zu Bamperg, vnnsern gn. Herrn, dem wir In der gaistlichait alls ordinario vnnderworffen, vmb bewilligung angesucht, wiewol des auß etlichen vrsachen waigerung vnd abschlag befunden haben; vnd dhweyl sich derselben vätter verordenter gewalthaber solcher seiner ersuchung zu Bamberg, wie vnns anlanngt, neben anndern hat vernemen lassen, das diser ablas durch ewer fürdrung außgepracht sey mit verrer bedroung, Ir werden gegen bemellten abschlag, alls Im nit zweyfel, wohl souil hanndeln, das gedachter vnnser gnediger Herr von Bamberg deßhalben weytter angezogen wurd, haben wir nit vnnderlassen wollen, euch nachuolgender meynung zu ersuchen vnd wollen euch gutter meynung nit verhalten, das wir alhie In vnnser Stat Nurmberg einen Spital vnd etwovil annder grosser treffenlichen

allmusen der armen sonndersichen vnd In annder weg bißhere gehapt vnd noch haben, die fürwar einer mercklichen Summa zu Irer Jerlichen vnnderhaltung bedorffen, darumb wir auch auß solchen gutten vrsachen vnd zu furdrung diser loblichen allmusen In newligkeit zu Rom bey Babstlicher heyligkeit haben hanndeln laßen vnd steen des noch In arbait, für vnns selbs ablas vnnd Indulgenz zuerlangen, In hoffnung das die vnnsern, den wir deßhalben beuelh gethan, den vff heintigen tag erlanngt haben. So wir dann wissen, das Ir für anndere genaigt seyt, die gaistlichait, allmusen vnd gutten loblichen werck zufurdern, So Ist an euch vnnser sonnder freuntlich Bith, Ir wollet vnns vnd den vnnsern zu gut, souil an euch Ist furdern, damit der vätter zu Augspurg ablas In vnnser Stat nit gepraucht oder durch ewer hilff vnd zuthun ainicher verrer ablas zu verhynnderung des vnnsern vnd diser loblichen allmusen zu Rom gefurdert oder erlanngt werd, dhweyl vnnsers achtens dieselben gaistlichen vätter solchs nit notdurfftig sind. Das wollen wir vmb euch mit sonnder Dinstparkeit vnd genaigten willen verdienen. Datum Montag nach Oculi 1515.

84. Ablaſsbulle für die Kirchenprovinzen Mainz-Magdeburg. Rom 1515 März 31.

Arch. Vatic. Reg. Vatic. 1196. fol. 60—64 v. Schwer zu lesen, mit sehr starken Abkürzungen. Gedruckt bei Köhler, Dokumente zum Ablaſsstreite S. 83—93 nach dem Originaldrucke der Münchener Universitätsbibliothek.

Leo etc. Universis Christifidelibus in Maguntinensi et Magdeburgensi provintiis ac illarum et venerabilium fratrum nostrorum Maguntinensis et Magdeburgensis archiepiscoporum et episcopi Halberstadensis et dilectorum filiorum nobilium virorum marchionum Brandeburgensium temporali dominio mediate vel immediate ac directe vel indirecte subjectis civitatibus terris et locis constitutis ed ad eas confluentibus salutem [a] etc. — Sacrosanctis salvatoris et redemptoris nostri domini Jhesu Christi preceptis nobis in beato Petro apostolorum principe, dum suas illi pascendas oves commisit, injunctis parere, ut debemus, totis viribus satagentes fideles singulos ad eterne salutis portum perducere sedula meditatione conamur, ut hostis antiqui superata versutia per religiosa pietatis opera uti certissimas scalas ad aule celestis gloriam valeant feliciter pervenire. Cupientes itaque necessarie instaurationis basilice principis apostolorum de Urbe a felicis recordationis Julio papa II. predecessore nostro, grande quidem et incredibilis impense, opus inceptum prosequi et, si tandiu nos in humanis agere divina permittet potentia, prout ipsius augustissimi templi majestas exigit et universe Christiane reipublice decori et digni-

[a] *D: et apostolicam benedictionem.*

tati expedire conspicimus, usquequaque perficere, et considerantes nostras et sedis apostolice facultates ad id et innumerabilia alia onera nobis et eidem sedi incumbentia supportandum nequaquam sufficere sed esse Christifidelium de necessitate imploranda suffragia, quodque[a] inter cetera Deo grata et accepta opera non erit hoc obscuro in loco positum, per quod dicta basilica que tandam[b] ortodoxe fidei regia et lancie, que sanctissimum unigeniti Dei filii latus[c] tranfixit, et illius sacratissimi sudarii et corporum ac reliquiarum apostolorum principum Petri et Pauli et aliorum etiam sanctorum pontificum et martirum, quorum infinitus est numerus, custos preceteris orbis basilicis, supra quas omnes obtinet principatum, deposito ruinose vetustatis obsitu atque fuligine nitore coruscet et splendore refulgeat: ex parte omnipotentis Dei universos et singulos utriusque sexus Christifideles in Maguntinensi et Magdeburgensi provintiis illarumque et venerabilium fratrum nostrorum Maguntinensis et Magdeburgensis archiepiscoporum et episcopi Halberstadensis et dilectorum filiorum nobilium virorum marchionum[d] Brandeburgensium temporali dominio mediate vel immediate directe vel indirecte subjectis civitatibus terris et locis constitutos vel ad ea loca confluentes, de quorum singulari in dictam basilicam devotione plurimum confidimus, hortamur in domino et enixe rogamus, ut pro illius honore, qui redditurus ad patrem eundem beatum Petrum et quemlibet ex eius successoribus vicarium sibi statuit in terris, cujus misericordie ope humane carnis lapsibus occureretur, erga dictam fabricam manus velint porrigere[e] adjutrices. Nos enim, qui ejusdem beati Petri in vicariatu hujusmodi meritis licet imparibus successores simus[f] et ligandi atque solvendi in terris plenissima exinde fungimur potestate, dictis utriusque sexus fidelibus et eorum cuilibet tam secularibus quam etiam mendicantium ordinum regularibus in provintiis civitatibus terris et locis predictis commorantibus et ad illa infrascriptis annis durantibus indulgentias et alias gratias presentibus[g] comprehensas consequendi vel alia quavis causa confluentibus qui juxta promis[h] dilectorum filiorum Alberti archiepiscopi Maguntinensis et guardiani fratrum minorum sancti Francisci de observantia in civitate Maguntinensi nuntiorum et commissariorum nostrorum, quos pro executione presentium speciales nuntios et commissarios nostros ad octo

---

a *D: quamquam.*
b *D: tanquam.*
c *D fügt hinzu: in cruce.*
d *Fol. 60 v.*
e *D: voluit porrigi.*
f *D richtig: sumus.*
g *D: poenitentibus.*
h *D richtig: providam.*

annos a die publicationis presentium computandos harum serie deputamus aut subdeputandorum ab eis ordinationem desuper faciendam in capsis ad hoc per eosdem nuntios vel deputandos[a] ab eis statuendis suas elemosinas in subsidium dicte fabrice posuerint, quod plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem consequantur. Et qui cum prefatis nuntiis vel subdeputatis super id convenerint[b], ut ydoneum possint eligere confessorem, presbiterum secularem vel cujusvis etiam mendicantium ordinis regularem, qui eorum confessione diligenter audita pro commissis per eligentem delictis et excessibus ac peccatis quibuslibet quantumcumque gravibus et enormibus, etiam in dicte sedi reservatis casibus ac censuris ecclesiasticis etiam ab homine ad alicujus instantiam latis de consensu partium, etiam ratione interdicti incursis et quarum absolutio eidem sedi esset specialiter reservata, preterquam machinationis in personam summi pontificis, occisionis episcoporum aut aliorum superiorum prelatorum et injectionis manuum violentarum in illos aut alios prelatos, falsificationis[c] litterarum apostolicarum, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium ac sententiarum et censurarum occasione aluminum Tulfe nostre de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem nostram delatorum incursarum, semel in vita et in mortis articulo, quotiens ille inminebit, licet mors tunc non subsequatur, et in non reservatis casibus totiens quotiens id petierint plenarie absolvere ac eis penitentiam salutarem injungere, nec non semel in vita et in dicto mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere, et Eucharistie sacramentum, excepto die paschalis et mortis articulo, quibusvis anni temporibus ministrare, necnon per eos emissa pro tempore vota quecumque ultramarium visitationis liminum apostolorum de Urbe[d] et sancti Jacobi in Compostella, religionis et castitatis votis duntaxat exceptis, in alia pietatis opera commuttare; ac cum simonie in ordinibus vel beneficiis commisse labe pollutis ad dicte[e] fabrice opus contribuentibus[f] super irregularitate, si quam censuris hujusmodi ligati missas et alia divina offitia non tamen in contemptum clavium celebrando aut alias[g] divinis se immiscendo seu alias quomodolibet etiam beneficia ecclesiastica premissorum occasione vel alias indebite occupando, sed non ratione homicidii voluntarii et bigamie, contraxerint, dispensare eosque absolvere omnemque inhabilitatis maculam sive notam inde pro-

---

[a] *D: subdeputandos.*
[b] *Die Lesung fraglich.*
[c] *Fol. 61.*
[d] *D: fehlt: de Urbe.*
[e] *D: dictum.*
[f] *D: contribuentes.*
[g] *D: aliis.*

venientem ab eis abolere, et ut in susceptis ordinibus ministrare ac sic acquisita benefitia ecclesiastica, que extunc eis de novo collata censeantur, et perceptos ex eis fructus, etiam ratione omissionis horarum canonicarum et divinorum offitiorum licite retinere valeant, facta aliqua compositione cum dictis nuntiis vel subdeputandis licentiam elargiri; necnon super male ablatis incertis vel per usurariam pravitatem quesitis, etiam certis, que fenerator ab alio feneratore extorserit et que ipse requisitus usuras restituere paratus non sit vel alicui private ecclesie deberentur, seu[a] quibus tamen Romana ecclesia de jure communi succedere posset, ac super bonis, que ad alicujus manus pervenerint et illa habentes, quibus restitui debeant, et[b] ignorent vel dubitent, quanquam male ablata per eos non existant, seu illa ad eos alias pervenerint, et similiter de hiis, que pauperibus et aliis piis locis[c] in genere vel absque ulla spetiali determinatione et propriis nominibus personarum non expressis relicta fuerint, tam pro preterito quam pro futuro temporibus componere, ita, ut soluta aliqua quantitate pro dicta fabrica eisdem nuntiis vel subdeputandis duntaxat in capsis ipsis ponenda a reliquorum sic relictorum et male ablatorum aut per usurariam pravitatem extortorum seu, que ad eos alias pervenerint et cui ea restituenda sint, dubitent vel ignorent, ut prefertur, restitutione absoluti existant et ulta restituere minime teneantur; ac quoscunque, qui ante etatem legittimam ad sacros etiam presbiteratus ordines absque aliqua dispensatione se promoveri[d] fecerunt et in susceptis ordinibus ministrarunt, ac qui ex quavis licita aut illicita cognatione proveniente affinitate consanguinitate ac cognatione carnali vel spirituali inter levatum et[e] levantem, excepto simplici aut multiplici gradu ac quocumque publice honestatis justitie impedimento, seu alias quomodolibet impediti matrimonium scienter vel ignoranter in quarto vel tertio ac per copulam fornicariam non tamen publicandam[f] etiam in primo affinitatis gradu contraxerint et contractum carnali copula consumaverint, si impedimentum hujusmodi in judicium deductum non fuerit vel scandalum generare[g] non possit, ab excessu huiusmodi ac excommunicationis sententia, quam propterea incurrerint, injuncta inde eis pro modo culpe penitentia salutari, que ad fabricam hujusmodi dirigatur, et quod de cetero talia non committent nec committentibus prestabunt auxilium consilium vel favorem, et aliis, que de jure fuerit injungenda, absolvere, et ut de novo invicem matrimonium contrahere et in illo sic contracto similiter remanere libere et licite valeant, prolem susceptam ex hujusmodi matri-

[a] *D: in.*
[b] *D fehlt: et.*
[c] *Fol. 61 v.*
[d] *D: promovere.*
[e] *D: vel.*
[f] *D richtig: publicam.*
[g] *D: generari.*

monio, si qua sit, et suscipiendum legittimam decernendo, in foro conscientie duntaxat: quo ad alios quam quo ad illos, qui in tertio vel quarto consanguinitatis gradu existentes matrimonium contraxerunt[a], ut prefertur, quos in utroque foro absolvi et matrimonium de novo etiam publice contrahere posse[b] volumus[c]; et cum eisdem promotis super irregularitate, quam etiam in dictis ordinibus ministrando contraxerint, quodque in illis ministrare possint, etiam dispensare. Ac cum quibuscumque, qui bona ecclesiastica monasteriorum et ecclesiasticorum beneficiorum quorumlibet habent et judicialiter deficientibus probationibus ad illorum restitutionem compelli nequeant, etiam si per eos probari posset, et bona omnia ac quecumque legata et alias quomodolibet etiam heritatis[d] titulo pro male ablatorum restitutione relicta hactenus et que reliqui[e] et legari contigerit in futurum, dictis octo annis duntaxat durantibus, in quibuscumque testamentis donationibus causa mortis codicillis aut aliis ultimis voluntatibus per quoscumque et ubicumque factis et que interim fient, quibuscumque in certis ecclesiis et piis locis aut personis similiter incertis vel absentibus taliter, quod ipsi[f] illorum absentiam merito de eis notitia haberi non posset; ac ea, que restitutioni subjacerent, sed in eis vel ad ea personis, quibus illa fieri deberet, repetitio non competeret necnon quecumque in testamentis donationibus causa mortis codicillis aut aliis ultimis voluntatibus pro redemptione captivorum, etiam si beate Marie de Mercede et Sancte Trinitatis redemptionis captivorum ordinibus et sancte Eulalie Barchinonensis relicta fuerint, ac hereditates et bona decedentium ab intestato clericorum et laicorum, que ex indultis apostolicis[g] aut alias ad redemptionem predictam captivorum pertinere deberent, durantibus annis predictis; omnes quoque et singulas pecunias et res alias, que in prandiis et conviviis ac publicis spectaculis in aliquibus celebritatibus ex voto statuto seu consuetudine in quibusvis locis exponi consueverint et dicta deputatione durante exponi deberent, fabrice hujusmodi applicamus et super restitutione bonorum ecclesiarum monasteriorum benefitiorum hujusmodi, recepta competenti portione vel quantitate pro eis in fabrica hujusmodi convertenda, ipsos sic ea tenentes ab ulteriori eorum restitutione liberare et quod illa retinere libere possint imposterum[h] eis etiam concedere. Ipsique nuntii et quibus vices suas in genere vel in spetie duxerint committendas, possint quecumque dubia tam super qualitate personarum, quibus facultas eligendi confessorem

---

[a] *D: contraxerint.*
[b] *Fehlt in D.*
[c] *Fol. 62.*
[d] *D richtig: hereditatis.*
[e] *D richtig: relinqui.*
[f] *D richtig: propter.*
[g] *D: indulto apostolico.*
[h] *Fol. 62v.*

concedi possit, etiam si comprehendantur communia civitatum universitates oppidorum castrorum villarum et aliorum locorum ac collegia que et illorum singulares persone absolutione a premissis vel aliquo premissorum ac dispensatione super eis vel aliquo eorum indigerent, quam alias premissorum occasione infra dictos annos emergentia decidere et summam pecuniariam pro consequenda indulgentia et aliis premissis limittare et taxare ac facultatem eligendi confessorem hujusmodi concedere. Ac quascumque indulgentias tam a nobis quam predecessoribus nostris et a sede predicta vel ejus auctoritate quibuscumque ecclesiis etiam cathedralibus vel metropolitanis seu earum fabricis monasteriis hospitalibus etiam nostro Sancti Spiritus in Saxia de Urbe ordinis sancti Augustini, etiam quas dictus Julius predecessor eidem hospitali nostro sancti Spiritus concessit, et aliis piis locis universitatibus et confraternitatibus cujuscumque qualitatis et ad quemcumque usum etiam laicorum et clericorum institutis et singularibus personis, etiam plenarias in vita ac quascumque facultates quibusvis personis cujuscumque dignitatis etiam cardinalatus honore aut legationis offitio fungentibus[a] super premissis vel aliquo premissorum hactenus a prefato Julio et aliis Romanis pontificibus predecessoribns nostris ac nobis, etiam in eisdem provintiis civitatibus terris et locis, etiam pro eadem fabrica quoad easdem provintias civitates terras et loca et[b] illis morantes ac ad illa declinantes personas concessas etiam quascumque clausulas ipsarum preservativas adversus revocationes et suspensiones earumdem in se continentes, quando et quotiens et ad quod tempus commissariis vel subdeputandis prefatis videbitur opportunum, non tamen ultra octo annos hujusmodi, suspendere et suspensas esse decernere et declarare libere et licite possint, auctoritate apostolica statuimus et ordinamus, prohibentes omnino questas quascumque suspensarum pro tempore iudulgentiarum hujusmodi occasione fieri solitas, ac mandantes universis et singulis locorum ordinariis abbatibus et aliis[c], cujuscumque dignitatis status gradus ordinis et conditionis vel preeminentie existant, sub excommunicationis late sententie pena et mille ducatorum auri dicte fabrice applicandorum penis ipso facto incurrendis, ut[d] predicationem et publicationem presentium et suspensionem aliarum quarumvis indulgentiarum et facultatum pro tempore in eorum ecclesiis civitatibus et diocesibus quando et quotiens opus fuerit faciendum impedire aut aliquid pretextu publicationis petere et etiam ab sponte afferentibus[e] recipere et exigere aut in premissis vel circa ea fraudem aut[f] dolum committere neque procurantes hujusmodi indulgentiarum participes fieri

---

[a] *D richtig: fulgentibus.*
[b] *D richtig: et in.*
[c] *Fol. 63.*
[d] *D: ne.*
[e] *D richtig: offerentibus.*
[f] *D: et.*

et sua pia suffragia erogare ab hujusmodi eorum proposito in toto vel in parte directe vel indirecte tacite vel expresse retrahere aut per se vel eorum vicarios seu offitiales licentiam faciendi questas aliquibus questoribus sive nuntiis alicujus ordinis vel religionis aut fraternitatis vel hospitalium aut alias quomodolibet, etiam per nos in provintiis civitatibus terris et locis predictis deputatis, verbo vel scriptis suspensione vigore presentium pro tempore facta durante concedere, quinymo questores omnes et singulos, quos in eorum jurisditione reppererint, cum eorum rebus et bonis, que dicte fabrice applicata esse decernimus et ad cameram apostolicam fideliter deferri mandamus, retinere valeant nec[a] modo aliquo audeant aut presumant per se vel alium illos, cum quibus presentium vigore ab ipsis commissariis nostris vel subdeputandis contigerit dispensari, molestare vel perturbare aut penas aliquas pro casu, in quo ut prefertur dispensatum fuerit, ex statuto vel consuetudine exigere. Questoribus vero supranominatis sub similibus penis inhibemus questas modo aliquo facere presumant, et nichilominus sub[b] eisdem sententia et pena precepimus quibuscumque predicatoribus verbi Dei quorumcumque ordinum etiam mendicantium, ut requisiti ac prefatis commissariis nostris vel subdeputandis ab eis Christifideles hujusmodi ad contribuendum dicte fabrice exortentur, et ab eisdem nuntiis vel subdeputandis[c] admoniti a predicationibus diebus, quibus presentes littere et earum vigore dictarum indulgentiarum et facultatum suspensiones pro tempore facte ab ipsis vel de ipsorum commissione publicabuntur, abstineant. Volumus insuper, quod liceat eisdem nuntiis nostris et ab eis subdeputandis pro tempore premissa omnia et singula etiam omnibus et singuli predictis sub eisdem penis totiens quotiens eis vel eorum alteri visum fuerit opportunum mandare et injungere; necnon juramenta quecumque a quibusvis laicis utriusque sexus de stando in aliqua societate.fraternitate vel numero personarum et de solvendo ratam aliquam imperpetuum vel ad tempus occasione fraternitatis societatis et numeri ratione dictarum indulgentiarum privilegiorum et questarum quomodolibet prestita relaxare et eosdem ab illorum observatione et implemento infucturum absolvere, contradictores quoslibet et rebelles etiam per censuram ecclesiasticam et alia juris opportuna remedia invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis compescendo ac processiones publicas ad effectum predictum celebrari et populum pro hujusmodi operibus peragendis ad sonum campane advocari facere et a censuris et penis predictis satisfactione previa illos[d] innodatos absolvere et eas remittere et suspensiones aliarum indulgentiarum hujusmodi relaxare. Et quod presentium transumptis et confessionali-

[a] *In D fehlen diese beiden Worte.*
[b] *Questoribus — sub fehlt in D, das fortfährt: Et sub similibus.*
[c] *Fol. 63 v.* [d] *D richtig: illis.*

bus in dictis provintiis civitatibus terris et locis quibusvis personis per prefatos nuntios vel subdeputandos ab eis subscriptis et suo sigilo duntaxat munitis fides adhibeatur indubia. Quodque in pecuniis occasione presentium provenientibus fraudem aliquam committentes excommunicationis sententie subjaceant ipso facto, a qua ab alio quam a nobis vel nuntiis nostris predictis aut personis ad id ab eisdem nuntiis specialiter deputandis et satisfactione previa absolvi non possint, preterquam in mortis articulo constituti. Et ut defunctarum animarum salus eo potius procuretur, quo magis aliorum egent suffragiis et quominus sibi ipsis perficere[a] valent[b], ex thesauro sancte matris ecclesie nostre administrationi et dispensationi commisso animabus in purgatorio existentibus, que per charitatem ab hac luce Christo unite decesserunt, et que dum viverent ut sibi hujusmodi indulgentia suffrageretur meruerunt, quantum cum Deo possumus, succurrere cupientes, de divina misericordia et apostolice potestatis plenitudine etiam volumus et dicta apostolica auctoritate concedimus, ut, si qui parentes amici aut ceteri Christifideles pietate commoti pro ipsis animabus in purgatorio ad expiationem penarum eisdem secundum divinam justitiam debitarum retentis, [c] annis predictis duntaxat durantibus, in opus fabrice hujusmodi aliquam elemosinam juxta commissariorum aut ab eis deputandorum predictorum ordinationem erogaverint, eadem plenissima indulgentia per modum suffragii animabus ipsis in purgatorio existentibus, pro quibus dictam elemosinam pie erogari contigerit, ut prefertur, pro plenaria penarum relaxatione suffragetur. Ac omnes et singuli benefactores prefati eorumque parentes defecti[d], qui cum caritate decesserunt, in precibus suffragiis elemosinis jejunis orationibus missis horis canonicis disciplinis peregrinationibus et ceteris omnibus spiritualibus bonis, que fuerunt et fieri poterunt in toto[e] universali sacrosancta ecclesia militante et omnibus membris ejusdem, participes imperpetuum fiant. Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon privilegiis et indultis etiam mare magnum nuncupatis quibusvis etiam mendicantium ordinibus ac etiam nostro sancti Spiritus et aliis hospitalibus hujusmodi illorumque personis in genere vel in specie ac aliis nostris litteris et facultatibus commissariis et nuntiis nostris ac aliis personis deputatis vel deputandis ab eis[f] in dictis provintiis civitatibus terris et locis etiam ad eadem querenda subsidia sub quibusvis verborum formis et clausulis etiam motu proprio et

---

[a] *D richtig: proficere.*
[b] *Fol. 64.*
[c] *D hat richtig: octo.*
[d] *D richtig: defuncti.*
[e] *D richtig: tota.*
[f] *D ziemlich abweichend.*

ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine forsan concessis et factis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica[a] expressa et individua ac de verbo ad verbum, non autem per generales clausulas id importantes, mentio seu quevis alia expressio habenda aut alia exquisita forma servanda foret, illarum tenores pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, specialiter et expresse de simili scientia ac potestatis plenitudine derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque aut si aliquibus vel eorum ordinibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem, presentibus octo annis elapsis minime valituris. Nulli etc.[b] hanc paginam nostre deputacionis voluntatis applicationis statuti ordinationis prohibitionis mandati constitutionis precepti concessionis et derogationis infringere etc.[c] si quis etc.[d] — Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnations dominice 1515. pridie kalendas Aprilis pontificatus nostri anno tertio. B. Balandrinus.

85. Motu proprio Leos X. Bestätigung des vom Erzbischof von Magdeburg erbetenen Jubelablasses. Rom 1515 April 15.

Arch. Vatic. Divers. Cam. 64 fol. 166v. Reg. Hergenröther 15002.

Nach dem Original im Magdeburger Staatsarchiv gedruckt bei H. A. Erhard, Überlieferungen z. vaterl. Geschichte 3, 14 f.; bei Ferd. Körner, Tezel als Ablafsprediger S. 143 f.

Leo papa X.

Motu proprio etc. Venerabili fratri N. episcopo Ostiensi camerario nostro et dilectis filiis thesaurario presidentibus et clericis camere nostre apostolice salutem et apostolicam benedictionem. Concessimus nuper ad supplicationem venerabilis fratris archiepiscopi Magdeburgensis postulati Maguntini indulgentias in favorem fabrice principis apostolorum de Urbe in provinciis Maguntina ac Magdeburgensi nec non in directi et utilis dominii archiepiscoporum Maguntini et Magdeburgensis ac episcopi Alberstadensis et marchionum Brandeburgensium respective locis publicandas et exequendas per dictum archiepiscopum postulatum pro annis otto incipiendis infra annum a dato litterarum earumdem indulgentiarum, que fuit prima Augusti anni 1514, cum conditionibus et pactis, ut medie-

[a] *Fol. 64 r.*

[b] *D löst auf: ergo omnino hominum.*

[c] *D löst auf: vel ei ausu temerario contraire.*

[d] *Ebenso: autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursurum.*

tas proventuum indulgentiarum hujusmodi deductis oneribus perveniat ad fabricam predictam ac per eumdem archiepiscopum ad illam annis singulis mittatur et, quoniam ipse archiepiscopus in subventionem ipsius fabrice solvit in manibus nostris summam ducatorum decem milium auri de camera, nos eidem promisimus et convenimus indulgentias predictas durantibus dictis otto annis non revocare nec suspendere et nullas alias indulgentias plenarias etiam pro dicta fabrica in dictis provinciis concedere aut concessas publicare seu publicari facere propter supranominatas, ut latius in capitulis et pactis desuper per nos firmatis continetur, volumus et vobis committimus ac mandamus, ut pro potiori cautela dicti archiepiscopi postulati vos camere apostolice nomine eidem et pro illo agentibus in vim contractus et pacti pro observantia premissorum promittatis et obligetis, contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Rome apud sanctum Petrum die 15. aprilis 1515.

Placet et ita motu proprio mandamus J

Collationato Fu. de Narnia.

86. Ablafs für Dänemark, Schweden, Norwegen, Preufsen, Livland usw. 1515 April.

Arch. Vatic. Reg. Vatic. 1196. fol. 64 r.

Leo etc. Universis etc. in Dacie Svecie et Norwegie regnis ac universa Prussia Livonia ac partibus scanignalibus necnon illorum et carissimi in Christo filii nostri regis Dacie temporali dominio mediate vel immediate ac directe vel indirecte subjectis civitatibus terris et locis constitutis et ad ea confluentibus salutem etc. — Sacro etc. ut in premissa[1] et Joannes episcopus Revalliensis deputatur commissarius ad tres annos duntaxat. — Datum Rome anno incarnationis etc. 1515. sextodecimo kalendas Maii, pontificatus nostri anno tertio.

B. Balandrinus.

87. Auf Grund des Trierer Ablasses ausgestelltes Confessionale für Johannes Herman. Trier 1515 Mai 30.

Staatsarchiv Coblenz.

Johannes de Meytzenhuszen Cantor et Canonicus maioris ecclesie Teuerensis et Johannes de Acie artium et utriusque iuris doctor Officialis curie Treuerensis | Super executione plenissimarum indulgentiarum Sacratissime domini nostri iesu christi Tunice inconsutili et a|liis in bulla expressis concessarum Ad Civitatem: diocesim et totam provintiam Treuerensem ac | ad eos pro huiusmodi indulgentiis consequendis vnde-

[1] *Es geht vorher der Ablafsbrief Mainz-Magdeburg. Nr. 84.*

cumque confluentes A sanctissimo in christo patre et domino nostro domino | Leone papa X. Nuntii et commissarii specialiter deputati, prout in litteris eiusdem sanctissimi domini nostri pape | sub plumbo editis continetur. Dilecto[a] nobis in christo Johanni Herman[b] | Salutem in domino sempiternam exigente pie deuotionis affectu quem nos erga deum et dictam sacratissimam | vestem vos[c] habere cognovimus: eo quod ex pinguedine caritatis pro illius cultu et ornatu et aliis iuxta apostoli|cum indultum et nostram ordinationem manus porrexistis[a] adiutrices. Ideo auctoritate apostolica nobis tradita | vobis[c] concedimus liberam et plenam facultatem eligendi idoneum secularem vel cuiusuis etiam men-|dicantium ordinis regularem confessorem qui confessione vestra[c] diligenter audita pro commissis per vos[c] excessi|bus criminibus delictis atque peccatis quantumcunque grauibus et enormibus: etiam sedi apostolice reseruatis: etiam si | talia forent super quibus sedes ipsa merito esset consulenda ac censuris ecclesiasticis etiam ab homine ad alicuius[d] | instantiam latis de consensu partium etiam ratione interdicti incursis: et quorum absolutio dicte sedi esset reseruata: preter quam machinationis in personam summi pontificis: occisio|nis episcoporum et aliorum superiorum prelatorum et iniectionis manuum violentarum in illos aut alios prelatos falsificationis bullarum et litterarum apostolicarum delationis armorum et alio|rum prohibitorum ad partes infidelium ac sententiarum et censurarum aluminum sancte matris ecclesie ac de partibus infidelium ad fideles contra prohibitionem apostolicam delatorum incur|sarum semel in vita: et in non reseruatis casibus totiens quotiens id petieritis[a] et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere ac pe|nitentiam salutarem iniungere: ac omissa per vos[c] vota quecunque vltra marino ingressus religionis et castitatis votis dumtaxat exceptis in cultum et ornatum di|cte sacratissime vestis et aliorum commutare possit: Ita tamen quod durante tempore presentis commissionis et publicationis cum prefatis commissariis vel altero vel eorum sub depu|tato super commutatione dictorum votorum: fiat compositio necnon vobis[c] et parentibus ceteri|que defuncti[a] qui in sinceritate fidei et vnitate sancte matris ecclesie | decesserunt omnium et singularum missarum orationum: diuinorum officiorum: ieiuniorum disciplinarum: stationum peregrinationum: elemosinarum: suffragiorum omniumque aliorum bonorum spiritualium que fiunt et fient in perpetuum in vniversali sacrosancta militante ecclesia et omnibus membris eius participationem impartimur. In quorum fidem et testimonium presen|tes litteras fieri et

[a] *Die Endung in den leergelassenen Raum handschriftlich eingetragen.*
[b] *Der Eigenname handschriftlich.*
[c] *Wort handschriftlich.*
[d] *sic!*

sigilli nostri quo in talibus communiter vtimur fecimus appensione muniri. Datum Treueris[b] Anno domini Millesimo quingentesimo | decimo quinto[c]. Die penultima[c] mensis Mai[c] pontificatus prefati Sanctissimi domini nostri. Anno tercio[c] |

Forma absolutionis plenarie premissa confessione. |

Misereatur tui dominus noster iesus christus et per merita sue sanctissime passionis te absoluat et ego auctoritate eiusdem et beatorum petri et pauli apostolorum eius ac sanctissimi do|mini nostri pape tibi concessa: et in hac parte michi commissa: absoluo te ab omnibus peccatis delictis et excessibus quantumcunque enormibus hactenus per te commissis ac censu|ris quomodolibet incursis etiam sedi apostolice reseruatis in quantum michi facultas conceditur remittendo tibi per plenariam indulgentiam omnem penam in purgatorio pro premis|sis tibi debitam: ac restituo te sacrosancte ecclesie sacramentorum perceptioni vnitati fidelium ac innocentie et puritati illi in qua eras quando baptizatus fuisti: ita | quod tibi decedenti clause sint porte penarum et aperte ianue paradisi deliciarum: quodque si hac vice non morieris salua sit tibi ista gratia: quando alias fueris in mortis articulo constitutus. In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen.

Unter dem Buge handschriftlich: De mandato dominorum commissariorum Johannes Voysȝ notarius publicus subscripsit.

Gedrucktes Original mit aufserordentlich vielen Abkürzungen. Rechts vom oberen Teile des Textes ein Holzschnitt: die Kaiserin Helena, den hl. Rock vorzeigend, im Hintergrund das Kreuz ohne Oberbalken und der Nagel. Links Holzschnitt Wappen Leos X. mit italienischer Schildform. Das Siegel abgefallen, die gebräunten Hanfschnüre erhalten.

88. Mandat Papst Leos X., die Fugger sollen sofort auf der päpstlichen Münze das vorhandene Gold ausprägen.

O. O. u. Z., aber sicher aus den ersten Monaten von 1515.

Arch. Vatic. Divers. Cam. 64 fol. 108.

Leo papa X.

Cum contigerit, quod dilecti filii novi zecherii in nostra zecha alme Urbis deputati non potuerint opportune providere et preparare necessaria ad cudendum, prout eorum incumbit officio, expediatque bono publico, quod certa quantitas auri, que inibi reperitur, cudi possit; nos volentes bono publico huiusmodi providere, motu proprio et ex certa nostra scien-

---

[b] *Der Eigenname handschriftlich.*

[c] *Wort handschriftlich.*

tia mandamus dilectis filiis Jacobo de Fucharis et nepotibus mercatoribus Alamanis Romanam curiam sequentibus et pro eis Johanni Zinch eorum institori generali, sub excommunicationis ac duorum milium ducatorum auri camere apostolice nostre applicandorum penis, dictam quantitatem auri, quamprimum comode potuerint, cudi faciant, prout consueverint, dum se in dicta zecha nostra in cudendis monetis tempore nostro se inmiscuerint, antequam supradictis novis zecheriis concessa esset. Nolumus tamen, quod prefatis de Fucharis ex huiusmodi conditione aliquid a dictis novis zecheriis et quovis alios (sic) imputari possit nec ullo unquam tempore quomodolibet desuper molestari, pro quibus promittimus et absolvimus et quod nullatenus ulterius teneantur ad continuandum opus et exercitium dicte zeche, postquam aurum, quod de presenti in Urbe reperitur, cuderint, set cusso dicto auro omnino in sua libertate remaneant eosque penitus et liberos et absolutos fore decernimus, dicta concessione dictis novis zecheriis facta; nec non omnibus et singulis aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

Placet et ita motu proprio mandamus J.

Coll. L. Armerin.

Am Rande: pro Fucharis.

89. Revers des Mainzer Kanzlers Johann von Dalheim gegen Kaiser Maximilian über Zahlung aus den Mainz-Magdeburger Ablafsgeldern.

1515 Oktober 28.

Kgl. Kreisarchiv Würzburg: Mainzer Ingrossaturbuch Nr. 52, fol. 79—79 v.

Gedruckt von Bodmann in Niederrheinisch-westfälische Blätter, herausgeg. von Aschenberg 1 (Dortmund 1802) S. 314 f.

Wie sich Johann von Dalheim, mentʒischer cantzler, gegen keyserliche maiestät des ablasgelts halben verschreiben hat mussen.

1515.

Ich Johann von Dalheim, doctor, probst zu Wetzflar und mentzischer cantzler, bekenn und thun kunt offentlich mit diesem brieff, als der allerdurchleuchtigst großmechtigst furst und her, her Maximilian erwelter romischer keiser etc., mein allergnedigster herr, dem hochwirdigsten hochgepornen fursten und hern, hern Albrechten, ertzbischoven zu Mentz und Magdeburg, churfursten primaten und administratorn zu Halberstat etc., meinem gnedigsten hern, uff siner furstlichen gnaden underthenig ansinnen, durch mich by seiner maiestät bescheen, den ablas, so bebstliche heiligkeit durch die provincien eberurter beider ertzbistumb, inhalt der bebstlichen bullen daruber sagend, hat außgeen lassen, zu erkunden und drey jar lang zu gepranchen gnediglich vergont und gestat hat, das ich uff ir maiestät gnedig begern von wegen und in namen gedachts meins gnedigsten hern zugesagt und versprochen hab und thu

das in crafft dieß brieffs, das gemelter mein gnediger her irer keyserlichen maiestät von den gefellen des berurten ablas dreytausent gulden, nemlich yedes derselbigen bewilligten drey jar ein tausent, zu uffrichtung einer kirchen, die ir maiestät zu Ynsprug in sant Jacobs des heilgen aposteln namen und ere uffrichten und bauen zu lassen in willen ist, geben und zu Ynsprug irer maiestät kunfftigen haußkammerer daselbst bezaln und sich der unter seiner furstlichen gnaden siegel innerhalb dreyen moneten auch verschreiben und solich verschreibung irer maiestät zuschicken soll. Das zu urkhundt hab ich mein pitschafft zu end dieser schrifft gedruckt und mit meiner eygen handt unterschrieben, die geben ist uf sant Symon und Juden der heiligen aposteln tag, anno etc. XV°.

90. Schreiben des päpstlichen Skriptors Johann Ingenwinkel an den Kurfürsten Albrecht von Mainz. Florenz 1516 Febr. 14.

Staatsarchiv Magdeburg, Akten Erzstift Magdeburg II. Gedruckt bei Ferd. Körner, Tezel als Ablafsprediger S. 144 f.

Reverendissime in Christo pater illustrissime princeps domine domine mi colendissime. Post humilem commendationem etc. Die prima presentis mensis venerabilis dominus Fridericus de Mortorff[a] prepositus in Wilburgh attulit michi litteras reverendissime paternitatis vestre. Et quantum ad rem Indulgentiarum exposuit, quod alias juxta conventionem factam cum sanctissimo domino nostro Reverendissima paternitas vestra per procuratorem suum se obligasset de respondendo Camere apostolice medietatem emolumentorum, et licet mens sanctissimi domini nostri fuerit indubitata, quod reliqua medietas pro usu Reverendissime paternitatis vestre ad redimendum bona ecclesiarum suarum olim distracta et impignorata remaneret, tamen, quia id in conventione predicta expresse tactum non fuit, et dicte indulgentie dicunt pro fabrica ecclesie sancti Petri de Vrbe et non pro ecclesiis reverendissime paternitatis vestre dubitavit excellentissima paternitas vestra, pro dicta reliqua medietate aliquando nomine Camere apostolice molestari posse, ego explicavi rem prefato sanctissimo domino nostro et pecii circa premissa promisionem fieri. Sanctitas sua optime tulit et ostendens prefato paternum amorem erga Reverendissimam paternitatem vestram, mandavit circa premissa provisionem fieri in ea forma, qua ego eligerem. Supradictus dominus Fridericus juxta memoriale suum petebat, ut fierent super premissis littere patentes dicte camere, ego quidem elegi aliam viam meo iudicio magis convenientem, puta ut detur nobis breve apostolicum, quod cum immediate a principe emanaret plus valeret et majoris esset auctoritatis,

[a] *Körner fälschlich: Nortorff.*

quam patentes Camere, que ab ejus ministris emanant. Itaque hujusmodi breve expedivi in meliori forma et reverendissime paternitati vestre presentibus mitto. Non sum usus diligentia postarum, quoniam dominus Fridericus dixit non habuisse de hoc commissionem a Reverendissima paternitate vestra, et re nondum expedita abcessit hinc Romam versus pro propriis negotiis eum urgentibus, sed curam huius expeditionis in me suscepi et necessaria in ea libenter exposui. Ceterum in re venerabilis domini vicarii Reverendissime paternitatis vestre prestabo officium, quod possum, eique desuper scriptum rescribo et per dictum dominum Fridericum, qui eciam suam illius curam gerebat, satis rescriptum puto meque ad majora pro posse[a] offero Reverendissime paternitati vestre, que felicissime valeat. Florentie die XIIII. februarii 1516.

E. V. R[m] P[tis]

humilis servitor Jo. Ingenwinkel scriptor apostolicus.

Adresse: R[mo] in X[o] patri Illustrissimo principi domino domino Alberto Archiepiscopo Maguntin. et Magdeburgensi Administratori Halberstaden. Marchioni Brandenburgensi etc. domino meo colendissimo.

91. Schreiben des Dr. jur. Valentin von Teutleben an Kurfürst Albrecht von Mainz. Rom 1516 März 6.

Staatsarchiv Magdeburg. Akten des Erzstifts Magdeburg II. Gedruckt bei Ferd. Körner, Tezel als Ablaſsprediger S. 145 f.

Reverendissime in Christo pater et domine obseruandissime post humilem recommendationem: Cautionem, quam dominatio vestra Reverendissima a Sanctissimo domino nostro et Camera apostolica desiderat, multos ante dies fuisse obtentam ex dominis Johanne Inewinkel et Johanne Cristmann, cum vtrisque dominationis vestre Reverendissime redderem litteras, factus sum certior, nam ultra cautionem illam, quam Reverendus pater dominus Revaliensis, anteaquam in Germaniam proficisceretur, a Camera apostolica manu Sanctissimi domini nostri obsignatam ac subscriptam de dividendis indulgentiarum concessarum inter Cameram apostolicam et dominationem vestram Reverendissimam emolumentis ac eisdem intra annos octo non revocandis obtinuerat, et apud Johannem Cristman dominationis sue Reverende sollicitatorem reliquit, prefatus dominus prepositus Inewinkel nuper Florentie pro paternitate vestra Reverendissima litteras Sanctissimi domini nostri in forma brevis est consecutus, quibus emolumentorum hujusmodi medietatem pontifex dominationi vestre Reverendissime libere condonat, quod[b] et apud trapesitam Nurem-

---

[a] *Es steht da: pp. ob proprie, perpetuo?*

[b] *Korrigiert.*

bergensem dominationi vestre Reverendissime ex Florentia se misisse ajebat. Quapropter aliam diligentiam hanc rem desiderare non video, quod si dominatio vestra Reverendissima cautionem Camere apostolice ad se mitti voluerit, necesse erit, ut dominus Revalien. de hoc admoneat sollicitatorem suum, cum alias nulli[a] aut posse aut velle consignare eandem cautionem videatur. In causa pretense exemptionis Abbatie[b] s. Egidii Brunswiccen. termini omnes sunt servati, dati per adversarios articuli, completum registrum, jura tamen hucusque producta sunt nulla, expectantur in eam rem peccunie mittende, cum reliquas nuper pro pensione per dominationem vestram reverendissimam domino Jacobatio Rote auditori solvenda dare Johannes Cristmann habuerit necesse, quod et dominationem vestram copiosius ex ejusdem Johannis litteris intellexisse non ambigo; hiis me dominationi vestre Reverendissime plurimum commendo. Datum Rome die VI. Marcii anno etc decimo sexto

E. d. vestre rev^me^

humilis
servitor Valentinus de Tetelebenn doctor.

Auf der Rückseite: R^mo^ et Illmo in christo patri et dno dno Alberto Maguntin. et Magdeburg. archiep.^co^ primati ac Electori et dno[c] suo observan^mo^.

92. Schreiben des Mainzer Domherrn Dietrich Zobel an Kurfürst Albrecht von Mainz. [Mainz?] 1516 April 14.

Staatsarchiv Magdeburg. Akten Erzstift Magdeburg II. Gedruckt nach denselben Quellen bei Ferd. Körner, Tezel als Ablafsprediger 146 f.

Hochwirdigster, durchluchter, hochgeborner churfurst, e. ch. g. seindt meine gantz vnterdenigen schuldigen vnd pflichtigen dinst zu vor, gnedigster her, vff e. ch. g. nechsten beuelhe dem cantzler by vnss vnd mir dass geschefft dess romischen volkummelichen ablass betreffend gethon, haben wir auch in bie sein hern Valentin von Sunthofen doctorss etc einem Canoniken von Francfort Fridrich Martorff genant, so gen Rom vnd zu der bepstlichen heilickeit zu ziehen von seinem stifft sant Bartolmessen kirchen do selbst zu Francfurt verordnet, beuelhe gethon instruction vnd genugsamen bericht mit geben vnd behendigt, by hern Johan Ingewinkel, probst zu Xancten Colnisch bistumps, auch by der bepstlichen cameren ansuchen, vff dass e. ch. g. die zusagungen der por-

---

[a] *Von ut bis nulli fehlt im Druck bei Körner.*

[b] *Körner liest: abbatis, was auch möglich ist.*

[c] *Auf der Zunge des Siegelstreifens.*

tion von dem vff gehabenen abploss geld, wo ess in volnziehung kem, on weygerung vnd fernere differentien, wie vnss von wegen e. ch. g. in zeit vnssere legation zugesagt were, wider farn mocht vnd e. ch. g. dess benügig wer. Vff solchen beuelhe hot gedachter canonick bepstlich heylickeit zu Florentz auch gemelten probst Ingewinckel funden, dem selben sin beuelhe geoffnet vnd wess e. ch. g. in mangel zu vonlenziehung der erlangten indulgentien sten zu erkennen geben, mit beger e. ch. g. also dorin zu uersehen, dass bepstlich heilickeit vnd dem angefangen bwe sant Peterss kirchen auch e. ch. g. onuerhindert mög diss heilig wergk volenzogen werden. Vff solche werbunge hat sich genanter probst e. ch. g., wie auch zu vor allewege, zu aller vntertenigkeit berayt lossen vernemen vnd dass sin gutt beduncken sie, von der bepstlichen camern kein versorgniss ader sicherheit zu begeren, sunder er woll by bepstlicher heylickeit ein breue apostolicum erlangen, do durch e. ch. g. genugsam versorgt vnd ierss halben teylls aller gefell gewiss sein soll, er acht auch e. ch. g. solchss an die bepstliche camern zu bringen nachteilig, hat auch also solchs breue vssbracht vnd gemeltem francfortischen canonicus dass zu dem furderlichsten e. ch. g. heruss zuschicken vertröst, dass der selb also angenomen hott vnd sinen vberigen geschefften nach von Florentz gen Rome gezogen vnd solche sin handelungen mir alle schrifftlich zu erkennen geben. Ich hab auch also dess breue apostolicum zu entpfahen begerlichen gewartt, dass aber ytzundt in den heilgen tagen aller erst komen vnd wie vorangeben disser zit by e. ch. g. on frucht, schick ich e. ch. g. solche breue sampt einer missiuen von vorgenantem probst an e. ch. g. vssgangen. Kurtz darnach hab ich von Rom ferner in schrifften von dem canonicken vernomen, dass probst Ingewinckel wieder gen Rom komen vnd im wie e. ch. g. dass breue apostolicum zugeschickt sie angezeygt vnd da by dass er allerst in sinem wider gen Rom komen erfaren hab, dass die bepstliche camer sich habb vmb die portion etc mit e. ch. g. vertragen vnd dass die artickel dess vertragess durch bepstliche heylickeit vnterschriben sin, welcher cedell by dess bischoffss von Reualien. sollicitatoren zu Rome sin vnd er die niemant on seins hern des bischoffss sunder geheyss zu geben beuelhe habe, auch dass dem selben bischoff dass instrument der obligation camere apostolice gegeben worden wer, wo er zehen ducaten hett wollen darvmb vss legen. Vss solhem allem, erwirdi[g]ster churfurst vnd her abzunemen, woruss die verhinderung e. ch. g. in vffrichtunge dess gescheffts entstanden vnd dass die zehen ducaten e. ch. g. zu ierem geburendem teyl disser verschinene zit vber die trytusend g[ulden] schaden bringen, wie dem wess e. ch. g. ferner durch mich zu thun begern, ob dass instrument auss der bepstlichen camern gelösst werden soll vnd wass anderss e. ch. g. mir mit gnediglichen verschaffen wollen, will ich in aller vnter-

denickeit folge thun, dan diss jar ist verloren vnd uff ein andress müss man warten.

Hie by sindt auch brieff kurtz darnach von Rom an e. ch. g. sagendt komen, do mit ich e. ch. g. die meinsȝ vngeschickten verdrossigen schreiben gnedig vbersehen haben wollen, mich zu dem vnterdenigsten thun beuelhen. Datum vff montage nach Jubilate anno etc. XVI.

E. ch. g.

vnterdeniger cappellann
Dietrich Zobell.

Verschlufs mit Oblatensiegel und Adresse: Dem hochwirdigsten, durchluchtigen, hochgebornen fursten vnd hern hern Albrechten zu Meintz vnd Magdeburgk ertzbischoffen, churfursten vnd primaten, administrator zu Halberstadt, marggraue zu Brandeburg etc., meinem gnedigsten hern. *Mit dunklerer Tinte:* Doctor Dietrich Zobell vberschickt hie bey das breue apostolicum mit anzeigung, wor an es zue Roma des instruments halben pro . . . . camere gemangelt.

93. Motu Proprio Leos X. Quittung über Zahlung aus dem Ablafs der Augsburger Dominikaner (durch Vermittlung der Fugger).

Rom 1516 Mai 16.

Arch. Vatic. Divers. Cam. 65 fol. 123.

Leo papa X.

Motu proprio etc. fatemur recepisse a dilectis filiis priore et conventu fratrum ordinis predicatorum in civitate Augustensi provincie Maguntine ducatos mille noningentos octuaginta duos cum dimidio auri de camera in auro per manus Jacobi Fucher et nepotum mercatorum Alamannorum Romanam curiam sequentium, deductis expensis factis in transmittendo dictas pecunias ad Urbem, que pecunie sunt pro medietate elemosinarum jubilei per nos concessi eisdem priori et conventui in quatragesima preterita 1515, pro qua pecuniarum summa nobis ut prefertur soluta tam prefatos priorem et conventum quam Jacobum et nepotes predictos, qui nobis dictas pecunias nomine dictorum prioris et conventus realiter et cum effectu persolverint, quietamus absolvimus et liberamus volumusque ac motu simili decernimus et declaramus presens mandatum pro sufficienti valida et ampla quietantia eis sufficere pro eorum securitate et cautela ac eidem presenti mandato in omni loco coram quibuscumque judicibus etiam plenissimam fidem adhibendam, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in palatio apostolico die 16. maii 1516. pontificatus nostri anno quarto.

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Am Rande: Pro Jacobo Fucher.

94. Motu Proprio Leos X. Quittung über Zahlung aus dem Ablafs des Trierer Domkapitels (durch Vermittlung der Fugger).

Rom 1516 Mai 16.

Arch. Vatic. Divers. 65. fol. 123 r.

Leo papa Xs

Motu proprio etc. fatemur recepisse in prompta et numerata pecunia a dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Treverensis sive a Nicolao Roland nomine dicti capituli ducatos auri in auro quadringentos quinquaginta quatuor cum dimidio pro valore florenorum Renensium sexcentos quadraginta quinque cum dimidio per manus dilectorum filiorum Jacobi Fucher et nepotum mercatorum Alamannorum curiam Romanam sequentium et sunt pro parte nobis obvenienti ex jubileo concesso dictis decano et capitulo, pro qua pecuniarum summa nobis ut prefertur effectualiter soluta prenominatos capitulum ac Nicolaum et Jacobum respective eorumque heredes et successores libere quietamus absolvimus et plenarie liberamus volumusque motu simili declaramus atque decernimus presens mandatum pro sufficienti valida et ampla quietantia eis sufficere pro eorum securitate et cautela ac eidem presenti mandato in omni loco coram quibuscumque judicibus etiam fidem plenissimam adhibendam, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in palatio apostolico die 16 maii 1516.

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

94a. Die Stadt Nürnberg an ihren römischen Syndikus Dr. Caspar Wirt. Auftrag, über einen Ablafs zu verhandeln. *1516 Juni 11.*

K. Kreisarchiv Nürnberg. Briefbuch Nr. 75 fol. 198.

Herrn Casparn Wirt doctor etc vnnserm Sindico zu Rom.

Wirdiger hochgelerter lieber Herr! Wir haben auff mittel gedacht den beden almusen der armen Krancken Im Spital auch der Sonndersichen menschen, die Jarlich In der heyligen marterwochen In vnnser Stat Nurmberg mit grosser anzal komen (dhweyl solche almusen durch die Jerlichen darzu gehorigen gefel beschwerlich erhalten werden mogen) mit merer pesserung verholfflichs allmusens hilflich zuerscheinen vnd demnach ein Informacion stellen lassen bey dem stul zu Rom etlich Indulgencias den angezaigten beden almusen zu gut und hanndthabung zuerlanngen, haben auch vnsern gutten freund Engelharten Schawer, der ytzo etlich tag In vnnser Stat Nurmberg gewest, dhweyl der von vnnser Stat geporen Ist, ersucht vnns darynn mit seiner hilf vnd furdrung zuerschießen, der sich darzu gar gutwillig vnd ganz genaigt erpotten hat. Ist darumb an ewer wird. vnnser dinstlich bith, die wollen möglich vleys fürwenden den angezaigten ablas gemeß eingeschloßner verzaichnus vnd

Informacion zuerlangen vnd darzu Engelhart Schawers hilfflicher furdrung zugeprauchen. Stellen wir In keinen zweyfel, er werd sich disen loblichen almusen zu merung vnd vnns zugefallen darynn allso trostlich vnd furderlich, wie er vnns hat verwennt, erzaigen, damit die Indulgencie on mercklichen costen vnd grosse arbait erhebt werden. Darynn wollen sich ewer wird. mit begrif der Suplication vnd anndern darzu gehörig dermassen erzaigen, wie wir vertrawen tragen, mit willen vmb ewer wird. zuverdienen vnd durch billiche belonung zuvergleichen. Datum Mitwoch nach Bonifacii 1516.

95. Motu Proprio Leos X. Quittung über Zahlung aus dem Ablafs der Stadt Wien durch Vermittlung der Fugger. 1516 Juni 20.

Arch. Vatic. Divers. 65. fol. 202 r.

Leo papa X.

Motu proprio etc fatemur recepisse in prompta et numerata pecunia a communitate civitatis Viennensis in Austria ducatos quadringentos viginti duos et quartos tres auri in auro de camera et sunt pro valore sexcentorum viginti unius florenorum Renensium in diversis monetis, qui deductis ex eis florenis viginti similibus et duobus tertiis pro calo sive lagio monete constituunt summam predictam 422¾ ducatorum auri de camera, per manus dilectorum filiorum Jacobi Fucher et nepotum mercatorum Alamannorum Romanam curiam sequentium et sunt pro parte nobis obveniente ex jubileo concesso dicte communitati, pro qua pecuniarum summa nobis ut prefertur soluta cum effectu prenominatos communitatem Jacobum Fucher et nepotes eorumque et cujusque ipsorum heredes libere quietamus absolvimus et plenarie liberamus volumusque et motu simili mandamus et declaramus atque decernimus presens mandatum pro sufficienti valida et ampla quietantia eis sufficere pro eorum securitate et cautela ac eidem presenti mandato in omni loco coram quibuscumque judicibus fidem plenissimam adhiberi, in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Rome in palatio apostolico die 20. junii 1516, volumusque per presentes, in camera apostolica registrentur et per decanum camere serventur.

Fatemur et ita motu proprio mandamus.

Am Rande: pro Fucharis.

96. Erste Quittung Leos X. über Zahlung aus dem durch Arcimboldi verkündeten Ablafs (durch Vermittlung der Welser). Rom 1516 August 7.

Arch. Vatic. Divers. 65. fol. 185.

Leo papa X

Fatemur per presentes in pecunia numerata habuisse a societate dilectorum filiorum Antonii Velser de Alamannia ducatos sex milia auri

in auro de camera, quos nobis solvunt vigore litterarum sub data Colonie die 23. maii presentis anni pro totidem habitis nomine nostro a dilecto filio magistro Joanne Angelo Arcimboldo indulgentiarum fabrice principis apostolorum de Urbe commissario et ab Aravino Cibo penes dictum commissarium thesaurario, de qua summa dictos societatem commissarium et casserium per presentes absolvimus et liberamus et sic per cameram apostolicam cum oportunis quietantiis et mandatis absolvi volumus et mandamus, et in fidem veritatis presentem primam quietantiam fieri fecimus et manu propria subscripsimus. Datum Rome apud sanctum Petrum die 7. augusti 1516. pontificatus nostri anno quarto.

Ita fatemur et mandamus. Collationatum cum originali et concordat S. de Spoleto.

97. Zweite Quittung Leos X. über Zahlung aus dem durch Arcimboldi verkündeten Ablafs (durch Vermittlung der Welser).

Rom 1516 August 7.

Arch. Vatic. Divers. 65. fol. 185 r.

Leo papa X.

Fatemur per presentes in pecunia numerata habuisse a societate dilectorum filiorum Antonii Velser de Alamannia ducatos sex milia auri in auro de camera, quos nobis solvunt vigore litterarum sub data Colonie die 23. maii presentis anni pro totidem habitis nomine nostro a dilecto filio magistro Joanne Angelo Arcimboldo indulgentiarum fabrice principis apostolorum de Urbe commissario et ab Aravino Cibo penes dictum commissarium thesaurario, de qua summa dictos societatem commissarium et casserium per presentes absolvimus et liberamus et sic per cameram apostolicam cum oportunis quietantiis et mandatis absolvi volumus et mandamus et in fidem veritatis presentem secundam quietantiam fieri fecimus et manu propria subscripsimus. Datum Rome apud sanctum Petrum die 7. augusti 1516 pontificatus nostri anno quarto.

Ita fatemur et mandamus. Collationatum cum originali et concordat. S. de Spoleto.

98. Breve Leos an Arcimboldi, betreffend Begrenzung des Arcimboldischen und des niederländischen Deichablasses. Rom 1516 Sept. 3.

Arch. Segr. Vat. Leonis X. Brevia MDV—MDXVIII. Armar. 40 vol. 3. nr. 164. Konzept.

In verso kurze Inhaltsangabe von der Hand des Stücks, eine ausführliche von einer zweiten Hand; die Schlufsworte schreibt der Kardinal L.; aufserdem eine jüngere Inhaltsangabe wohl noch s. 16. Alte Signatur in verso: 27. Registratur-

vermerk der zweiten Hand: 73. Die Randnotizen im Stück vom Kardinal. — Unterschriften eigenhändig.

Leo etc.

Dilecto filio Johanni Angelo de Arcimboldis referendario ac ad nonnullas provincias civitates et dioceses partium ultramontanarum nuntio et commissario nostro.

Dilecte fili salutem etc. Revolventes nuper animo, quod camerae apostolicae pro continuatione fabricae immensi operis basilica principis[a] apostolorum de Urbe non suppeterent facultates, universis utriusque sexus christifidelibus tam secularibus quam regularibus in Coloniensi, Treverensi, Saltzeburgensi, Bremensi, Bisuntinensi et Upsalensi provintiis illarumque ac Cameracensi, Tornacensi, Morinensi, Attrebatensi et Caminensi civitatibus et diocesibus commorantibus ac ad illas confluentibus, qui durante biennio, nondum finito, elemosynas in subsidium dictae fabricae pie erogarent, ut plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem consequi possent per quasdam, quarum te nuntium et commissarium unicum deputavimus, inter alia indulsimus. Et deinde accepto per nos, quod nonnullae partes inferiores Germaniae temporalis dominii charissimi in[b] Christo filii nostri Caroli regis Hispaniarum[c] essent maritima, et tempestati maris exposita, quodque habitatorum et incolarum circa aggeres tempestati huiusmodi oppositos commorantium, ad illos conservandos similiter non suppeterent facultates, per alias litteras apostolicas, quarum dilectum filium Hadrianum Florentii de Traiecto in ecclesia Trajectensi archidiaconum similiter unicum constituimus commissarium, in cuius locum propter eius a partibus illis absentiam dilectum filium Johannem Hubberti de Lomel in ecclesia Leodiensi archidiaconum certas uberiores facultates sibi concedendo per litteras in forma brevis postea surrogavimus omnibus et singulis christifidelibus ducatuum, marchionatuum, comitatuum et aliorum dominiorum dicti regis ac civitatum, diocesum et locorum illis adiacentium et ad eos et ad ea quavis de causa undecumque confluentibus et ad reparationem et conservationem aggerum predictorum durante triennio similiter nondum finito contribuentibus similiter peccatorum remissionem inter caetera concessimus, et alia fecimus et fieri voluimus. Cum autem, sicut accepimus, priores litterae predictae tam ante quam post datam posteriorum litterarum huiusmodi in plurisque civitatibus diocesibus et locis temporali dominio prefati regis vicinis fuerint per te et tuos subdelegatos etiam cum solenni pompa erectionis signi sanctissimae crucis etiam clero cum publica processione interve-

---

[a] *pr. ap. am Rande anstatt des in der Zeile getilgten Sancti Petri.*

[b] *In Chr. am Rande mit Verweisungszeichen.*

[c] *Von Sadolets Hand über durchstrich. catholici.*

viente et populo spectante publicate, et inumerabiles utriusque sexus christifideles earundem vicinarum civitatum diocesum et locorum, ut gratiam et indulgentias in prioribus praedictis litteris contentas consequerentur et consequantur, eam fecerint et in dies faciant ad dictam fabricam contributionem, fueritque mentis nostrae semper et hodie sit, quod posteriores litterae predictae priores litteras nullatenus censerentur suspendere aut excludere nisi in civitatibus diocesibus et locis prefato regi in temporalibus plene subiectis, nos singularum predictarum et quarumcumque aliarum litterarum apostolicarum a nobis super praemissis etiam in forma brevis respective emanatarum tenores, ac si praesentibus de verbo ad verbum insererentur, pro expressis habentes ac serenitati conscientiarum omnium et singulorum christifidelium vicinarum civitatum et diocesum et locorum predictorum et ad illa pro tempore confluentium paterne consulere, cupientes motu proprio et ex certa scientia tenore presentium, quod eaedem posteriores litterae in locis temporali eiusdem regis dominio plene non subiectis sub prioribus litteris comprehensis nullum omnino praeiudicium afferre debuerint aut debeant. Quodque tu et per te pro tempore subdelegati ad ipsarum priorum litterarum plenariam executionem extra loca temporali dominio eiusdem Caroli plene subiecta procedere potueritis et debueritis ac indulgentiae facultates et gratiae per priores litteras christifidelibus civitatum diocesum et locorum vicinorum huiusmodi et etiam alibi in locis tuae commissioni vicinis tam in preteritum quam futurum tempus suffragentur in omnibus et per omnia perinde, ac si posteriores litterae huiusmodi nullatenus emanassent, decernimus et declaramus. Non obstantibus omnibus et singulis, que in singulis litteris huiusmodi voluimus non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome[a] die 3. septembris 1516 anno quarto.

Duplicatum.

L. cardinalis sanctorum quatuor

Ja. Sad.

99. Leo X. erweitert die dem Arcimboldi gegebenen Fakultäten bez. Verwendung von Butter in der Fastenzeit usw. usw.

Rom 1516 Sept. 3.

Arch. Segr. Vat. Leonis X. Brevia MDV—MDXVII. Armar. 40 vol. 3 nr. 167. Konzept.

Unterschriften eigenhändig. Eine gelehrte Hand verzeichnet in verso kurz die Hauptpunkte des Inhalts; von ihr rühren auch die Randnotizen im Breve her, die zum Zweck der Inhaltsangabe niedergeschrieben wurden. — Alte Signatur in verso: 30.

[a] *Von Rome bis Duplicatum von Sadolet.*

Ebendort von der Hand des Stücks: Minuta lacticiniorum et aliarum facultatum ad usum fabrice S. P. — Darunter von anderer Hand: S

Leo

Dilecto filio Johanni Angelo de Arcimboldis referendario ac ad nonnullas provintias, civitatis et dioceses partium ultramontanarum nuntio et commissario nostro. Dilecte fili salutem etc. Comperto per nos nuper, quod camerae apostolicae pro continuatione fabricae immensi operis basilicae principis[a] apostolorum de Urbe non suppeterent facultates, universis utriusque sexus christifidelibus tam secularibus quam regularibus in Coloniensi, Treverensi, Saltzeburgensi, Bremensi, Bisuntinensi et Upsalensi provintiis illarumque ac Cameracensi, Tornacensi, Morinensi, Attrebatensi et Caminensi civitatibus et diocesibus commorantibus ac ad illas confluentibus, qui durante biennio, nondum finito, elemosynas in subsidium dictae fabricae pie erogarent, ut plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem consequi possent, per certas sub plumbo sub datavidelicet quarto nonas decembris pontificatus nostri anno secundo expeditas, postea ad[b] civitatem et diocesim Misnensem ac Daciae et Norvegiae regna successive per nos extensas, quarum te nuntium et commissarium unicum deputavimus, inter alia indulsimus. Cum autem sicut partim experimento olim, dum cardinalatus fungeremur honore, didicimus oleum olivarium in singulis provintiis, civitatibus et diocesibus regnisque predictis non crescat, ac uti accepimus, clerus et populus provintiarum [civitatum][c] diocesum et regnorum huiusmodi oleo ex nucibus et [ra][c]parum ac aliorum leguminum seminibus expressis corporibus humanis non usquequaque salubribus quadragesimali et aliis temporibus, quibus esus butyri et aliorum lacticiniorum est prohibitus, plerumque utantur cupiantque quamplures utriusque sexus homines in singulis provintiis, civitatibus, diocesibus et regnis praedictis commorantes ac ad illos et illa quavis de causa confluentes sibi, ut eisdem lacticiniis quadragesimali et aliis temporibus huiusmodi vesci possint, concedi; et si id eis auctoritate apostolica indulgeatur parati sint ad fabricam praedictam aliquam, quam tu statuendam et moderandam duxeris, facere contributionem: Nos de tuis probitate et fide plenius confidentes circumspectioni tuae utriusque sexus personis secularibus etiam clericis et presbyteris omnium et singularum provintiarum civitatum diocesum et regnorum hujusmodi et ad illas et ad illa quavis de causa confluentibus, qui iuxta moderationem per te et tuos pro tempore subdeputatos commissarios faciendam ad fabricam ipsam suas elemosynas pie erogaverint, quod eorum vita durante

---

[a] *prin. ap. am Rande anstatt des in der Zeile durchstrichenen Sancti Petri.*

[b] *Am Rande ein Strich.*

[c] *Vorl. Loch.*

quadragesimalibus usque ad dominicam palmarum inclusive, et aliis diebus, quibus lacticiniorum usus est prohibitus, butyro loco olei et caseo sine ac cum consensu utriusque medici tempore infirmitatis in septimana sancta lacticiniis huiusmodi ac etiam tunc et quocumque tempore prohibito ovis et carnibus vesci. Quodque aliquam vel aliquas ecclesiam vel ecclesias ad hoc per te et tuos pro tempore subcommissarios deputandos vel per ipsos christifideles eligendos devote singulis quadragesimalibus et aliis diebus, quibus ecclesiae Urbis et extra eam per christifideles pro consequendis indulgentiis stationum Urbis visitari solent, visitando tot et similes indulgentias et peccatorum remissiones consequantur, quas consequerentur, si singulis diebus eisdem dictas ecclesias personaliter visitarent, eorum similiter vita durante ipsorumque corpora ecclesiasticae sepulturae, si presbyteri, illustres, nobiles aut in aliqua licita facultate graduati seu viri patricii fuerint, cum et quo ad alios sine funerali pompa tempore interdicti, quavis auctoritate appositi, si ipsi causam interdicto non dederint, tradi possint, eisdemque presbyteris ac illustribus nobilibus et graduatis ac patriciis personis, quod similiter quoad vixerint, ut liceat eis in loco decenti habere altare portabile, in quo per se ipsos si presbyteri fuerint, et alias per alium presbyterum secularem vel regularem quovis anni tempore praeterquam in Paschate missam etiam ante diem circa tamen diurnam lucem etiam tempore interdicti ordinaria[a] auctoritate appositi, dummodo causam non dederint impedimento[b], ut prefertur, clausis tamen ianuis ac exconmunicatis et interdictis exclusis, celebrare seu celebrari facere valeant indulgere. Et insuper ut tam illis quam aliis utriusque sexus hominibus supradictis etiam religiosis iuramenta in quibusvis contractibus instrumentis et obligationibus preterquam in forma camerae appositis ad effectum agendi dumtaxat relaxare, possis universos christifideles praefatos et quibusvis excommunicationis et aliis sententiis censuris et poenis ecclesiasticis quibus iam[c] sex mensibus effluxis dumtaxat ob iniectionem manuum violentarum in quasvis personas ecclesiasticas etiam praelatos preterquam[d] episcopos et superiores irretiti fuerint, etiam quorum absolutio sedi apostolicae reservata foret, etiam in utroque foro de preterito dumtaxat absolvere et tales per ordinarios locorum de facto absolutos in huiusmodi censuris insordescentes ad debitam absolutionem obtinendi cogere et compellere. Necnon utriusque sexus ordinum quorumcumque religiosas et alias quascumque personas, quae aliquos vel aliquas personas in eorum monasteriis

---

[a] *ord. auct. app. am Rande nachgetragen.*
[b] *Von Sad. eingefügt.*
[c] *iam bis dumtaxat wohl vom Kardinal L. übergeschrieben.*
[d] *preterquam bis superiores am Rande nachgetragen.*

pactis predecentibus receperunt vel ut reciperentur intervenerunt seu mediatores fuerunt, a symoniae labe propterea quomodolibet incursae similiter absolvere, ac cum in vigesimo tercio anno et supra constitutis ad sacerdotium promoveri desiderantibus et defectu aetatis huiusmodi non obstante ad presbyteratus ordinem promoveri:[a] [et cum quibuscumque illegitimis ex quovis illicito coitu procreatis, ut ad omnes etiam sacros et presbyteratus ordines promoveri, et duo beneficia ecclesiastica etiamsi alteri cura immineat animarum, ac canonicatus et praebendas in collegiatis ecclesiis etiam, in quibus eorum genitores pro tempore beneficiati fuerint, alias canonice sibi conferenda. Citra tamen canonicatus et praebendas ac dignitates in cathedralibus et metropolitanis ecclesiis recipere et retinere illaque simul vel successive simpliciter vel ex causa permutationis quoties eis placuerit dimittere, et loco dimissi vel dimissorum aliud vel alia simile vel dissimile aut similia vel dissimilia beneficia ecclesiastica duo dumtaxat compatibilia etiamsi alterum eorum curatum foret similiter recipere et retinere]. Ac cum quibuscumque personis[b] ut[c] matrimonium[d] etiam temporibus prohibitis contrahere et in facie ecclesiae solennisare possint[e]. Ac quibusvis secularibus ecclesiasticis personis, ut eis horas canonicas diurnas et nocturnas ac alia divina officia secundum usum et morem Romanae ecclesiae extra tamen chorum dicere et recitare etiam cum uno socio vel familiari liceat indulgere temporibus, quibus commissio tibi concessa extensa et prorogata respective duraverit, possis ad effectum, quod fabrica predicta tanto citius perfici valeat, potestatem tenore praesentium concedimus et etiam facultatem. Volumus autem et decernimus, quod per praesentes nullum censeatur generari preiuditium litteris apostolicis etiam in forma brevis contemplatione charissimi filii nostri Caroli Regis Cathólici pro aggeribus tempestati maris oppositis in locis temporalis sui dominii conservandis a nobis emanatis quodque earundem praesentium et praedictarum ac quarumcumque aliarum litterarum apostolicarum etiam in dicta forma brevis a nobis super facultatibus tibi concessis emanatarum et emanandarum transsumptis manu unius vel duorum notariorum publicorum subscriptis ac tuo vel alterius praelati seu personae in ecclesiastica dignitate constitute sigillo munitis ea prorsus fides indubia habeatur, que praesentibus et aliis originalibus litteris adhiberetur, si essent exhibitae vel ostensae. Non obstantibus quibusvis litteris apostolicis in hospitalis sancti Spiritus

[a] *Das Folgende in Klammern steht in der Vorlage, aber durchstrichen.*

[b] *Folgt durchstrichen:* etiam tercio vel quarto consanguinitatis, vel affinitatis simplici vel multiplici gradu coniunctis.

[c] ut *von Kard. L. eingefügt.*

[d] *Folgt durchstrichen:* contrahere volentibus ut illud.

[e] *Folgt durchstrichen:* dispensare.

in Saxia de Urbe et quorumcumque aliorum locorum vel personarum usum vel commodum, etiam contemplatione regum, reginarum et aliorum principum saecularium vel archiepiscorum, episcoporum et aliorum praelatorum etiam motu proprio et ex certa scientia emanatis, revocationibusque, limitationibus et suspensionibus, et aliis clausulis in illis forsan contentis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome[a] die III septembris M.D.XVI anno quarto.

Duplicatum

L. cardinalis sanctorum quatuor.

Ja. Sad.

100. Leo X bestätigt Arcimboldi die Facultas, vor das geistliche Forum gehörige Sachen zu entscheiden, und ebenso seinen Auftrag als Generalkollektor für viele Diözesen. Roma 1516 Sept. 6.

Arch. Segr. Vat. Arm. 40 Vol. 3. Leonis X. Brevia MDV—MDXVIII nr. 178. Konzept.

Unterschrift eigenhändig, die von Sadolet abgerissen. Unter der Unterschrift des Kardinals, vielleicht von seiner Hand (wohl von der zweiten Hand), die schwer zu lesende Adresse Nuntio . . . . In verso Inhaltsangabe von der uns bekannten zweiten Hand: S. V. . . . deputavit. Ebendort Vermerk 37. Alte Signatur 40. Vorl. beschädigt, siehe die eckigen Klammern.

Leo

Dilecto filio Johanni Angelo de Arcimboldis referendario ac ad nonnullas provintias, civitates et dioceses partium ultramontanarum nuntio et commissario nostro fructuumque et iurium camerae apostolicae debitorum collectori.

Dilecte fili salutem etc. Considerantes nuper, quod camerae apostolicae pro continuatione fabricae immensi operis basilicae principis[b] apostolorum de Urbe non suppeterent facultates, universis utriusque sexus christifidelibus tam secularibus quam regularibus in Coloniensi, Treverensi, Saltzeburgensi, Bremensi, Bisuntinensi et Upsalensi provintiis illarumque ac certis aliis tum expressis civitatibus et diocesibus commorantibus ac ad illas confluentibus, qui elemosinas in subsidium dictae fabricae intra certum tunc expressum nondum elapsum tempus pie erogarent, ut plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem consequi possent, per certas sub plumbo sub videlicet quarto nonas decembris pontificatus nostri anno secundo expeditas, quarum te nuntium et commissarium nostrum deputavimus inter alia indulsimus. Et deinde per alias in forma brevis sub data XXVIIII. ianuarii pontificatus nostri anno

[a] Rome *bis* Dupl. *von Sadolet hinzugefügt.*

[b] pr. ap. *vom Kardinal am Rande, in der Zeile durchstrichen* Sancti Petri.

predicto, tibi quascumque causas ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes per te vel alium seu alios au[dien]di, cognoscendi et tractandi ac alii vel aliis [a]udiendas, cognoscendas et terminandas deleg[a]ndi et alia tunc expressa faciendi, facultatem con[ce]ssimus; ac successive per reliquas in simili forma brevis sub data XVI. februarii eodem [anno] pontificatus nostri litteras nostras te tam [in] dictis provintiis, civitatibus et diocesibus quam etiam [in] Maguntina et Magdeburgensi provintiis, [illa]rum civitatibus et diocesibus exemptis et non exe[m]ptis iurium sedis apostolicae et camerae predictae fr[uc]tuum, reddituum, proventuum, censuum et obventio[n]um etiam ratione denarii sancti Petri debit[oru]m et debendorum usque ad nostrum et eiusdem [sed]is beneplacitum generalem collectorem et r[ecep]torem fecimus et constituimus, ac demum qua[s]dam constitutione[s] in cancellaria apostolica publicatas, per quas aliam eiusdem cancellarie constitutionem antea a nobis emanatam quo ad facultatem praelatis, nunciis, collectoribus et aliis personis concessis inter alia innovavimus edidimus. Cum autem mentis nostrae semper fuerit et sit, quod utraeque litterae predictae in forma brevis plęnarium sortiantur effectum, nos earundem et aliarum sub plumbo litterarum ac constitutionum sive regularum cancellariae predictarum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, pro expressis habentes motu proprio et ex certa scientia nostra ipsas litteras in forma brevis et in eis contenta quecumque tenore presentium innovamus et denuo concedimus, decernentes et declarantes, quod tu graciis, facultatibus, concessionibus et indultis in dictis litteris in forma brevis contentis uti, quodque usque ad simile beneplacitum omnes et singulas causas ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes in omnibus et singulis provintiis civitatibus et diocesibus in singulis litteris predictis nominatis per te vel alium seu alios delegatos tuos audire cognoscere et terminare alias iuxta litterarum desuper emanatarum tenorem potueris et possis ac processus per te et delegatos eosdem in causis huiusmodi habitos et habendos cum inde secutis validos fuisse esse et fore, quodque omnibus et singulis iuribus et constitutionibus ac privilegiis et indultis, quibus cancellaria predicta derogare consuevit, derogare, et partes etiam per edictum constito (sic) summarie de non tuto accessu per te et delegatos tuos citare seu citari fafacere valeas. Non obstantibus premissis ac quibusvis aliis dictae cancellariae regulis nunc et pro tempore editis et felicis recordationis Bonifacii pape octavi predecessoris nostri de una ac concilii generalis de duabus dietis ita tamen, quod nullus ultra tres dietas a fine suae diocesis in iudicium vocetur, et aliis constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Datum 6[a] septembris 1516. anno 4to.

L. carlis Srum IIIIor.

[a] *6 bis 4to wohl von Sadolet.*

101. Leo X. an den Reichsregenten von Schweden, Steno Sture, betr. die Aufgabe Arcimboldis: Friedensvermittlung und Ablafs.

Rom 1516 Sept. 6.

Arch. Segr. Vatic. Arm. 40 Vol. 3. Leonis X. Brevia MDV—MDXVIII nr. 179. Konzept.

Unterschriften eigenhändig. In verso Inhaltsangabe von der zweiten Hand: S. V. . . . scribit . . . . Registraturvermerk: 6. Alte Signatur: 41.

Leo etc.

Dilecto filio nobili viro Stenoni Stur regni Sveciȩ gubernatori.

Dilecte fili salutem etc. Venit[a] ad nobilitatem tuam et inclytum Sveciȩ regnum dilectus filius Johannes Angelus Arcimboldus referendarius ac cum potestate legati de latere in eodem regno nuntius et commissarius noster, cui inter alia iniunximus, ut pacem inter te et quosdam prȩlatos ac forte alias dicti regni personas ecclesiasticas et seculares seu etiam communitates super differentiis et reipublicȩ Christianȩ perniciosis dissensionibus, quas cum animi dolore nuper exortas intelleximus, nostro nomine componere studeat indulgentiasque plȩnarias in comodum fabricȩ immensi operis basilicȩ principis[b] apostolorum de Urbe Christifidelibus eiusdem regni concessas et prorogatas publicet. Quapropter nobilitatem tuam paterne monemus ac hortamur et rogamus, ut pro tua et majorum tuorum in nos et sanctam sedem apostolicam solita et inveterata devocione dictum Johannem Angelum benigne audire et te pro pace amplectenda vel treugis ineundis nostro nomine bene monentem exaudire favoresque oportunos pro publicatione dictarum indulgentiarum et aliis rebus tibi per eum eodem nomine exponendis, super quibus plȩnam sibi fidem adhibebis, prȩstare velis. Facies in hoc rem debitam nobis admodum gratam. Datum 6[c] septembris 1516 anno quarto.

L. cardinalis sanctorum quatuor.

Ja. Sad.

102. Papst Leo an Arcimboldi. Verlängerung des Ablasses auf verschiedene Dauer, Kollektorie in Dänemark und Norwegen, Friedensvermittlung in Schweden. *[Wohl Sept. bis Okt. 1516 zu setzen.]*

Arch. Seg. Vat. Arm. 40 vol. 3. Leonis X. Brevia MDV—MDXVIII nr. 244. Konzept.

Am Schlufs unvollständig und beschädigt. In verso ausführliche Inhaltsangabe von der zweiten Hand (schwer zu lesen), eingeleitet durch: 4m breve (darüber durchstrichen 9m breve); Datum fehlt auch hier. Alte Signatur fehlt.

[a] Venit ad *verbessert vom Kardinal anstatt* Accedit *des Textes.*

[b] pr. ap. *am Rande vom Kardinal, im Text durchstrichen* Sancti Petri.

[c] 6 *bis* quarto *von Sadolet.*

Leo etc.

Dilecto filio Johanni Angelo Arcimboldi referendario ac ad nonnullas provincias ultramontanas nuntio et commissario nostro.

Dilecte fili salutem etc. Comperto per nos nuper, quod camere apostolice pro continuatione immensi operis basilice Sancti Petri de Urbe non suppeterent facultates, confisi de tua probitate te ad nonnullas provincias civitates et dioceses ultramontanas, de quorum numero provincia Upsalensis erat, nuntium et commissarium nostrum in comodum dicte fabrice duximus destinandum universos utriusque sexus christifideles tam regulares quam seculares per plenariam peccatorum remissionem et alias concessiones et gratias exhortentes [sic] ad contribuendum de bonis eis a deo collatis et elemosinas suas pie ad dictam fabricam erogandum, prout in quibusdam litteris apostolicis desuper sub plumbo confectis, quas ad biennium ad illarum data computandum durare voluimus, quasque postea cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis ad civitatem et diocesim Misnensem extendimus, plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, dictum biennium certa die mensis decembris proxime futuri expirabit, nec sit verisimile, quod tu commissionem fidei tue creditam ante finem dicti biennii plene exequi valeas, presertim quoad provinciam Upsalensem, quam nondum adiisti, ac civitatem et diocesim Misnensem supradictas, nos singularum huiusmodi et aliarum quarumcumque litterarum nostrarum tibi etiam in dicta forma brevis per nos concessarum tenores, ac si presentibus de verbo ad verbum insererentur, pro expressis et individue enarratis habentes, motu proprio et ex certa scientia illas cum suspensionis ac omnibus et singulis aliis in eis contentis clausulis ad Datie et Norvegie regna etiam quoad officium collectorie fructuum, reddituum, censuum et iurium dicte camere pro tempore debitorum [et] cum honoribus, oneribus, et emolumentis nuper tibi ultra mare germanicum assignatis, tenore presentium extendimus, dictumque biennium quoad regna et provinciam Upsalensem, ac civitatem et diocesim Misnensem [ad] [a]liud biennium; quo vero ad alias provincias civitates et dioceses in litteris sub plumbo predictis expressas, civitatibus, diocesibus et locis temporali dominio charissimi filii nostri Caroli regis catholici dumtaxat exceptis, ad annum a fine primo dicti biennii computandum prorogamus. Cumque, sicut non sine animi dolore intelleximus in dicta provincia Upsalensi inter nonnullos prelatos ac proceres et communitates procurante zizanie seminatore diabolo orte sint dissensiones admodum graves, ex quibus gravissima bella verisimiliter nascentur, in infidelium et cristiane fidei hostium, Ruthenorumque scismaticorum ipsi provincie Upsalensi vicinorum consolationem ac reipublice cristiane infirmationem, nos periculi [sic] huiusmodi, prout ex officio desuper iniuncto nobis incumbit, obviare et in [sic] illa eveniant providere cupientes, tibi

in virtute sancte obedientie iniungimus, ut infra unius mensis spatium post presentationem presentium tibi faciendam immediate sequentis tu, quem ad tollendas dissentiones [sic] predictas et alia infrascripta peragendum nostrum et apostolice sedis nuntium et angelum pacis cum potestate legati de latere mittimus, dictam provinciam Upsalensem versus iter arripias, et illud sine notabili mora personaliter continues omnesque et singulos illius prelatos proceres et nobiles ac comunitates et singulares personas cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis fuerint, etiam si pontificali, archiepiscopali et primatus, seu ducati, marchionali vel quavis alia ecclesiastica vel mondana preeminencia prefulgeant, nostre et dicte sedis nomine ad pacem unionem et concordiam inter se amplectendum et ineundum exhorteris, convocatis utrisque partibus vel eorum legitimis procuratoribus, pacem inter eos summo conatu juxta prudentiam tibi a Deo datam componere studeas illaque, annuente Deo, per te dicto nomine composita decretum etiam pecuniaria tuo arbitrio stanfuenda [sic] et applicanda ac quacumque alia de qua tibi videbitur pena vallatum auctoritate nostra interponas. Et si forsan, quod Deus ipse avertat, jam bellum repereris inchoatum, treugas ad opportunum tempus indicas, infra quod et partes seu eorum procuratores predictos audire et belli causam seu causas plene intelligere, et partes ipsas componere; vel nobis, que coram[a] te allegata dicta et proposita fuerint, significare partesque ad audientiam nostram, assignato eis competenti termino, si tibi videbitur, infra quem vel per se vel legitimos procuratores coram nobis justiciam recepture compareant, remittere possis omnesque et singulos prefatos, qui forte treugas per te indicendas huiusmodi acceptare recusaverint, per sententias et censuras ecclesiasticas ac etiam simili pecuniaria pena simili tuo arbitrio statuenda et applicanda et alia opportuna iuris remedia compellas et constringas; contradictoresque et rebelles penas, sententias et censuras huiusmodi incurrisse declares, aggraves, reaggravaries [sic] et interdictum ecclesiasticum, invocato etiam si opus fuerit, auxilio brachii secularis, apponas, ceteraque facias et fieri mandes, que legatus a latere nostro missus facere posses. Et ut tam regnorum quam singularum provinciarum civitatum et diocesum huiusmodi prelatis, incolis et personis et [omnib]us confluentibus te reddere possis graciosum, et *[Loch. Lücke für etwa 10 Buchstaben]* te fabrice negotia facilius exequi valea[s] *[Loch. Lücke für etwa 14 Buchstaben]* similibus tibi ultra [litte]ras priores tibi quorrum[?] et in forma brevis di [. . . . . .] alias a nobis emanatas litteras necnon et in eo contenta . . . . tenore etiam . . . . extensionem predictam . . . .

---

[a] *Vorl.* curam.

103. Andreas Tucher von Nürnberg an den Fuggerschen Faktor Engelhart Schauer in Rom. Nürnberg 1516 Nov. 14.

K. Kreisarchiv Nürnberg. Briefbuch Nr. 76 fol. 76.

Dem Erbern vnnd Achtparnn Engelharten Schawer zu Rome meinem lieben herren vnnd freunndt.

Mein freuntlich willig diennst zuuvor lieber Meister Enngelhart! Zu meiner haimkunfft hab Ich mich bey einem Erbern Rath, meinen herrn vnd Freunden, von wegen des ablas, derhalben Ir nachst zu Rom muntlich mit mir gehanndelt, beschaid vnd vnnderricht erholt vnd disen beuelh, euch zuersuchen vnd zupitten erlanngt, Das Ir den angetzaigten ablas, laut der vberanntwurten verzaichnus bey Babstlicher heyligkeit zuerheben vleys fürwennden wollet, vnd zuerlangung desselben sollt Ir von einem, zwaien bis zu 300 fl außzugeben gewallt haben. Sollt Ir aber vber allen ewren vleys den vmb angezaigte Summa nit mogen zuwegen bringen, des sich doch meine freund vnd Ich ewern stannd, ansehen vnd wesen nach, darynn Ir seyt, ganntz nit versehen, So soll euch dannocht zusampt diser Summa zugelassen sein Babstlicher heyligkait von dem, so In krafft solches ablas alhie Jarlich gefallen wirdet, einer partem das wer ein viertayl, drittail oder, wo es ye pesser nicht erlanngt werden mocht, ein halbtayl zuzusagen vnd zubewilligen, darynnen wollet gutten vleys prauchen vnd euch selbs zum füglichsten In die sachen schicken, wie meine Herrn vnd Ich ganntz nit zweyfel tragen. Das werden dieselben meine Herren vmb euch mit ganntzem willen verdienen, Bin euch euer erzaigten Freundtschafft vnd wolthaten In vleys abermalen danckpar vrputtig, das vmb euch In sonnderhait auch nit vnuerdient zulassen. Datum Freytag nach Martini 1516.

Endreß Tucher zu Nurmberg.

104. Quittung über Gelder der Fabbrica di San Pietro, die der Erzbischof von Upsala durch die Fugger eingezahlt hat. Rom 1516 Dezember 4.

Arch. Vatic. Divers. 66. fol. 40.

Leo papa Xs.

Motu proprio etc. fatemur recepisse in prompta et numerata pecunia a venerabili fratri nostro Jacobo archiepiscopo Upsalensi per manus Jacobi Fucher et nepotum mercatorum Alamanorum Romanam curiam sequentium ducatos trecentos auri de camera in auro, qui exacti fuerunt per dictum archiepiscopum pro fabrica principis apostolorum de Urbe, pro qua pecuniarum summa nobis effectualiter soluta prefatum archiepiscopum et Jacobum et nepotes ac eorum haeredes et successores quie-

tamus absolvimus et liberamus volumusque et motu simili decernimus et declaramus presens mandatum pro sufficienti valida et ampla quietantia eis sufficere pro eorum securitate et cautela ac eidem presenti mandato in omni loco et coram quibuscumque judicibus fidem plenissimam tanquam publico instrumento adhibendam esse. In contrarium facient. non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in palatio apostolico die quarta decembris 1516, pontificatus nostri anno quarto.

Ita fatemur quietamus et declaramus

Coll. Fu. de Narnia

105. Quittung über Trierer Ablafsgelder, die durch die Fugger eingezahlt wurden. *Rom 1516 Dezember 4.*

Arch. Vatic. Divers. Camer. 66. fol. 39[v].

Leo papa X[s]

Motu proprio etc. fatemur habuisse et recepisse in prompta et numerata pecunia a dilectis filiis decano et capitulo ecclesie Treverensis sive a domino Nicolao Roland nomine dicti capituli ducatos sexcentos et duos auri de camera solidos tres pro valore octingentorum quinquaginta quinque florenorum Renensium albis quinque et denariis undecim per manus dilectorum filiorum Jacobi Fucher et nepotum mercatorum Alamanorum Romanam curiam sequentium et sunt pro parte nobis obveniente ex jubileo concesso dictis decano et capitulo, pro qua pecuniarum summa nobis ut prefertur soluta prenominatos decanum et capitulum ac Nicolaum et Jacobum respective eorumque haeredes et successores quietamus absolvimus et liberamus: volumusque et motu simili decernimus et declaramus presens mandatum pro sufficienti valida et ampla quietantia eis sufficere pro eorum securitate et cautela ac eidem presenti mandato in omni loco et coram quibuscumque judicibus fidem plenissimam adhibendam esse. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in palatio apostolico die quarto decembris MDXVI. pontificatus nostri anno quarto.

Ita fatemur quietamus et declaramus.

Coll. Fu. de Narnia

106. Leo X. providiert den Bischof Johann von Reval auf das nächsterledigte der Bistümer Riga, Dorpat, (Miliensis), Kurland und Abö u. a. *1517 Mai 4.*

Arch. Vatic. Reg. Vatic. 1204. fol. 218[v].

Leo etc. — Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex circa ecclesiarum omnium sue cure divinitus commissarum statum salubriter

dirigendum, prout sibi ex pastoralis officii debito incumbit, semper intentus nonnunquam aliquam ex ecclesiis ipsis, etiam antequam vacationum incomodis subjaceant, dispositioni et ordinationi sue reservat, ut eis cum vacaverint de personis utilibus per suam et apostolice sedis providentiam salubriter valeat provideri. Ac igitur consideratione inducti et ex certis rationabilibus causis ad id animum nostrum monentibus cupientes uni ex Rigensi metropolitana ac Tarbatonensi, Miliensi, Curoniensi, Aböensi ac aliis regni Svetie cathedralibus ecclesiis, cum illam per cessum vel decessum illius qui illi preest vacare contigerit, per dicte sedis providentiam utilem et idoneam presidere personam et illi de persona venerabilis fratris nostri Johannis episcopi Revaliensis providere motu proprio non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam sed de nostra mera deliberatione et ex certa scientia et potestatis plenitudine ac de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio pariter et assensu provisionem unius ex dictis ecclesiis, quam primo vacare contigerit, et de qua eidem Johanni episcopo providendum duxerimus, ordinationi et dispositioni nostre ac dicte sedis hac vice dumtaxat apostolica auctoritate tenore presentium specialiter reservamus, districtius inhibentes dilectis filiis capitulo dicte ecclesie, quam primo vacare contigerit, ne post decessum aut aliam vacationem ecclesie huiusmodi ea vice etiam pretextu privilegiorum a dicta sede eis concessorum tunc ad electionem futuri archiepiscopi seu episcopi procedere ac illis et aliis quibuslibet, ne contra reservationem nostram huiusmodi aliquid facere disponere seu attemptare audeant seu quoquomodo presumant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dictarum ecclesiarum juramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus necnon privilegiis indultis et litteris apostolicis eis forsan concessis, quibus illis alias in suo robore permansuris motu scientia et potestate[a] similibus specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre reservationis inhibitionis decreti et derogationis infringere etc. Si quis autem etc. — Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo decimo septimo, quarto nonas Maii pontificatus nostri anno quinto.

Thomas de Binis.
L. cardinalis Sanctorum Quattuor.

Am Rande: Bembus.

---

[a] *Fol. 219.*

*o Leo X. Anerkennung einer **Schuld von 9002 Du-***
*entstanden aus Lieferung **von Metall, Vorschüssen***
Rom 1517 Mai 4.

. Camer. 64. fol. 199r.

pa X.

fatemur recepisse a dilectis filiis Jacobo Fucher
ibus Romanam curiam sequentibus infrascriptas
ut infra consignaverunt videlicet in civitate An-
milia Laurentio de Cechis de Florentia nomine
cie nostre Marchie thesaurarii, in Civitate Vetula
tuor milia et trecentas octuaginta quatuor Paulo
tia triremium nostrarum capitaneo et in Urbe
octo milia octingentas quinque Joanni de Spruch
per eorum ministros nobis vel nostro nomine con-
in totum libras centum quinquaginta tria milia
em, ad rationem quinquaginta ducatorum de car-
arii constituunt in totum ducatos quinquemilia et
duos auri de camera, nec non octomilia et ducen-
libras stanni in Civitate Vetula supra dicto Paulo
Urbe libras duomilia et octingentas quadraginta
nobis supradicto Joanni consignatas, ad rationem
ducatorum auri pro quolibet miliare constituunt
tos septuaginta octo et tres ex quatuor partibus
camera, constituentes in totum ducatos septemmi-
ta cum tribus quartis alterius ducati auri similes,
ringentos quadraginta quinque pro expensis sexa-
rami nuncupati conducti ex civitate Messanensi
am et ducatos centum quinquaginta septem cum
factis in conducendo libras quinquaginta quatuor
cta civitate Messanensi ad Civitatem Vetulam et
pensione [illegible] ubi fuerunt conservata dicta me-
, et du[illegible] ntos et tres pro expensis factis
s per [illegible] es ad numerandas pecunias
e qu[illegible] to equis et eundo ad dictos
le no[illegible] umerata pro nostris et aposto-
s nu[illegible] m ducatos novemmilia et duos
p[illegible] eorum indempnitati et securitati
[illegible] re presentium declaramus veros
lice creditores de suprascriptis
iliore conservatione motu simili
sque ad integram ejusdem summe

satisfactionem omnes annatas et communia omnium ecclesiarum et monasteriorum ac quecumque alia jura nobis et eidem camere debita tam ex occasione cujuscumque jubilei vel indulgentiarum concessarum vel concedendarum presertim ex provinciis Alemanie, Dacie nec non omnes pecuniarum summas, quas ad eorum manus pro expeditionibus per eos pro tempore faciendis nobis et ipsi camere ex quavis causa etiam ratione cujuscumque compositionis solvendis in futurum provenire contigerit, etiam ex provinciis Livonie, Ungarie, Polonie, quas absque aliqua contradictione exigere et penes se retinere possint usque ad integram satisfactionem predictam, inhibentes propterea districtius quibuscumque nuntiis, legatis, commissariis et aliis quibuscumque personis quacumque auctoritate fungentibus, ne prefatos mercatores occasione premissa sub quovis colore aut pretextu molestare presumant. Mandamus venerabili fratri nostro R^do^ episcopo Ostiensi camerario, thesaurario et clericis camere apostolice presidentibus, ut eisdem Jacobo et nepotibus de suprascripta summa quamprimum satisfieri ac scripturas, mandata et instrumenta super hiis necessaria et opportuna confici et expediri curent et mandant pro ipsorum mercatorum securitate. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud sanctum Petrum die quarta Maii millesimo quingentesimo XVII. pontificatus nostri anno quinto

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Collationatum cum originali et concordat Donatus.

107^a^. Leo X. bestätigt die St. Annenbruderschaft in Annaberg, verleiht der Stadt und ihren Bewohnern eine Reihe von Gnaden und gibt zugunsten des Baues der Pfarrkirche einen Jubelablafs auf 25 Jahre. 1517 Mai 24.

Arch. Vatic. Reg. Vatic. 1204. fol. 239.

Gedruckt nach dem Original in (A. D. Richters), Chronica der Bergstadt St. Annaberg (1746) S. 70 ff. Voll von Fehlern.

Leo etc. Ad perpetuam rei memoriam. Salvatoris nostri domini Jhesu Christi Dei patris unigeniti, qui pro redemptione humani generis carnem nostram sumere et crucem subire non abnuit, vices licet immeriti gerentes in terris de salute gregis sui cure nostre divina dispositione commissi solicitis studiis sedulaque meditatione, prout nostro pastorali incumbit officio, cogitamus et oves gregis eiusdem ad sinceritatis devotionem necnon pietatis et caritatis opera, quibus eterne felicitatis premia promereri possint, exercenda et ad ecclesiarum presertim sub invocatione dive Anne, cui salvator ipse tantam gratiam concedere dignatus est, ut Mariam sacratissimam eius genitricem in utero suo benedicto meruerit portare, et que cum filia pro salute Christifidelium ante tronum divine clementie intercedere non cessat, dedicatarum reparationem et manutentionem tempo-

ralia auxilia exhibenda, quantum cum Deo possumus, inducere studemus, ac hiis, que propterea ex pia Christifidelium eorumdem devotione instituta dicuntur, ut firma permaneant, apostolici muniminis presidium propensius impartimur, et ut fideles ipsi ad premissa exequenda promptiores se exhibeant, eos quibusdam spiritualibus et ad id allectivis muneribus prosequimur, eorumque pia suffragia donis celestibus confovemus, ut exinde divine gratie aptiores reddantur ac caritatis devotio in eis peramplius augeatur. Sane pro parte dilectorum filiorum nobilis viri Georgii ducis Saxonie lantgravii Thuringie ac marchionis Misne necnon rectoris consulum proconsulum et universitatis ac incolarum et habitatorum oppidi Montis Sancte Anne Misnensis diocesis temporali dominio dicti ducis subiecti[a], quod alias ipsi ad laudem et honorem omnipotentis Dei et beate Marie virginis eius gloriose genitricis ac sanctorum Anne Joachim et Joseph necnon pro divini cultus augmento et Christi fidelium animarum salute in parrochiali ecclesia eiusdem sancte Anne dicti oppidi, quod a paucis annis citra in locis montuosis et nemorosis[b], in quibus olive non crescunt, constructum et edificatum extitit et in confinibus regni Bohemie et hereticorum consistit, unam notabilem confraternitatem utriusque sexus fidelium laudabiliter instituerunt ac nonnullas licitas et honestas ordinationes desuper fecerunt. Quare pro parte Georgii ducis ac rectoris consulum proconsulum universitatis incolarum et habitatorum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut institutioni et ordinationibus huiusmodi pro illarum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere ac alias in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui circa ea, per que Christifideles piis caritatis et subventionis operibus vacantes animarum suarum salutem Deo propitio consequi possint, potestatis nobis credite auctoritatem libenter impartimur, Georgium ducem ac rectorem consules proconsules universitatem incolas et habitatores prefatos et ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati institutionem confraternitatis et ordinationes huiusmodi auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus, supplentes omnes et singulos defectus tam juris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et insuper auctoritate et tenore predictis perpetuo statuimus et ordinamus, quod confratres dicte confraternitatis presentes et futuri sive in dicto opido sive

---

[a] *Fehlt wohl etwas.*
[b] *Fol. 239 r.*

alibi commorantes pro ipsius confraternitatis directione et manutentione quecumque statuta et ordinationes rationabilia et sacris canonibus non contraria condere et facere, ac quod etiam ex nunc perpetuis futuris temporibus rector dicte ecclesie pro tempore existens per se vel alium presbiterum secularem vel cuiusvis ordinis regularem, per eum ad id quotiens[a] sibi videbitur eligendum, venerabile eucharistie sacramentum singulis quintis feriis cuiuslibet ebdomade ac singulis eiusdem beate Marie virginis necnon inventionis sancte crucis et sancti Laurentii ac ipsius sancte Anne et aliorum sanctorum, sub quorum invocationibus dicta ecclesia dicata existit, et dedicationis eiusdem ecclesie festivitatibus processionaliter absque velamine per ipsam ecclesiam et illius cimiterium ac vicum foro et aliis locis illi propinquis adiacentem cum debitis reverentia et honore deferri, ac processione facta sacramentum huiusmodi super manis vel aliud in honorem ipsius sacramenti in dicta ecclesia constructum vel construendum altare, donec missa in eius honore celebranda celebrata fuerit, publice teneri et collocari facere possint; ac quod devote interessentes celebrationi processionis vel misse huiusmodi indulgentiam triginta annorum et totidem quadragenorum consequantur. Quodque singuli ex confratribus confraternitatis huiusmodi presentibus et futuris usque ad numerum mille, viro et uxore pro una persona computatis, primo in illius confratres nunc et pro tempore recepti aliquem presbiterum secularem vel cuiusvis ordinis regularem in eorum confessorem, qui vita eis comite ipsos et eorum singulos a quibusvis etiam maioris excommunicationis aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure vel ab homine quavis auctoritate vel occasione latis et symonie labe etiam in sacris ordinibus vel beneficiis commisse ac ommissionis horarum canonicarum et divini officii ac defectu vel negligentia in illorum recitatione commissis et quibusvis criminibus excessibus et delictis quantumcunque gravibus et enormibus etiam talibus, de quibus esset sedes apostolica merito consulenda, videlicet in casibus eidem sedi reservatis, exceptis contentis in bulla in die cene domini legi consueta, semel dumtaxat in vita ab aliis[b] vero, quotiens fuerit oportunum, eorum confessionibus diligenter auditis absolvere ac eis debitam absolutionem impendere et penitentiam salutarem iniungere. Necnon super irregularitate premissorum occasione vel alias preterquam ratione homicidii voluntarii et bigamie in foro conscientie dumtaxat, ita quod sic indebite promoti in omnibus per eos susceptis ordinibus ministrare ac beneficia, sic (!) symoniace assecuta forent, aliqua compositione pro fabrica dicte ecclesie iuxta ordinationem suorum confessorum retinere libere et licite possint dispensare. Necnon vota quecumque, ultramarino liminum beatorum Petri et Pauli apostolorum

---

[a] *Fol. 240.*
[b] *Fol. 240* [r].

de Urbe et sancti Jacobi in Compostella ac castitatis et religionis votis dumtaxat exceptis, in alia pietatis opera commutare, sic quod commutatio huiusmodi ad utilitatem fabrice ipsius ecclesie cedat, ac omnium peccatorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, etiam semel in vita et in mortis articulo plenariam remissionem concedere valeant, eligere; et si ipsos confratres aut eorum aliquem ad loca ecclesiastico interdicto ordinaria auctoritate supposita declinare contigerit, in illis clausis januis non pulsatis campanis et submissa voce, excommunicatis et interdictis exclusis, dummodo causam non dederint interdicto nec id in eos specialiter emanaverit, missas et alia divina officia audire et ad illa audienda admitti eorumque tempore interdicti huiusmodi decedentium corpora in loco interdicto huiusmodi supposito ommissa tamen solita pompa funebri ecclesiastice sepulture tradi possint; liceatque eisdem confessoribus et eorum singulis super male ablatis incertis vel per usurariam pravitatem quesitis etiam certis, que fenerator ab alio feneratore extorsisset et ipse requisitus ab eo, cui usure restitui deberent, illas illi restituere paratus non fuerit, et etiam bonis, que ad aliquorum manus pervenerint, et illa habentes, quibus restitui debeant, ignoraverint vel dubitaverint, quamquam male ablata per eos extiterint seu alias illa ad eos pervenerint, et similiter super hiis, que pauperibus et piis locis in genere relicta fuerunt vel relinquentur, ita ut soluta[a] aliqua quantitate pro fabrica seu aliis neccessariis usibus prefate ecclesie a reliquorum sic male ablatorum et per usurariam pravitatem extortorum seu, que ad eos alias pervenerint et quibus ea restitui debeant ignoraverint, ut prefertur, restitutione absoluti sint et aliquid ultra restituere minime teneantur, componere et eosdem confratres etiam ab huiusmodi casibus absolvere. Ac eos, qui in tertio vel quarto consanguinitatis vel affinitatis gradu coniuncti matrimonium scienter vel ignoranter invicem contraxerint et contractum ipsum carnali copula consumaverint, si impedimentum huiusmodi in iuditium deductum non fuerit vel scandalum generari non possit, ab excessu huiusmodi et excommunicationis sententia iniuncta eis pro modo culpe penitentia salutari, que etiam ad usum predictum dirigatur, absolvere, et cum sic contrahentibus, ut secreto de novo invicem matrimonium contrahere et in illo sic contracto remanere libere et licite valeant, prolem susceptam ex huiusmodi matrimonio, si qua sit, et suscipiendam legittimam decernendo in foro conscientie predicto dumtaxat dispensare valeant. Et cum, sicut accepimus, licet dictam ecclesiam sumptuoso opere construi cepta nondum tamen perfecta extiterit, ut ecclesia ipsa ad debitam perfectionem deducatur et illa congruis frequentetur honoribus ac in suis structuris et edificiis debite reparetur conservetur et manuteneatur necnon libris calicibus et aliis ad divinum cultum

[a] *Fol. 241.*

necessariis ornamentis fulciatur et decoretur ac Christifideles eo libentius devotionis causa ad dictam ecclesiam confluant et ad premissa manus promptius adiutrices porrigant, quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius se conspexerint refectos, quod dicti confratres et alii utriusque sexus Christifideles, qui quadragessimalibus et aliis anni temporibus et diebus, quibus Urbis et extra illius muros consistentes basilice et ecclesie pro stationibus deputatis et indulgentiis consequendis visitantur, ecclesiam predictam devote visitaverint[a] et ad premissa manus adiutrices porrexerint, eamdem quam Urbis et extra illius muros consistentes predictas ac etiam alias beate Marie de Populo dicte Urbis basilicas et ecclesias visitantes consequuntur. Ac qui pro premissis qualibet die aliquam elemosinam erogaverint, omnium suffragiorum et spiritualium bonorum, que per dictos confratres in ipsa ecclesia pro tempore fient, participes sint et quinquaginta annorum, ac processioni et misse predictis pro tempore interessentes centum annorum et totidem quadragenarum pro qualibet vice, qua id fecerint, et qui singulis tertiis feriis, quibus in eadem ecclesia missa ad honorem eiusmodi sancte Anne solemniter decantari consuevit, celebratione huiusmodi interfuerint etiam si non usque in finem permanserint et pro premissis manus adiutrices porrexerint, pro qualibet vice, qua id fecerint, triginta annorum ac illi, qui in sancti Joseph et sancti Joachim necnon sancti Rochi festivitatibus a primis vesperis usque ad occasum solis cuiuslibet festivitatum earumdem inclusive ecclesiam ipsam visitaverint necnon celebrationi quinque anniversariorum, primi videlicet prima quadragessime qua Jnvocavit et alterius qua Exaudivit pro introitu misse in ecclesia Dei cantatur ac alterius post sancte Anne et alterius pro [sic!] sancti Francisci necnon alterius post circumcisionis domini festa dominicis et in festo sancti Laurentii pro omnibus Christifidelibus in eadem ecclesia celebrari solitorum, devote in toto vel in parte interfuerint et ad premissa manus adiutrices porrexerint, pro qualibet ex festivitatibus et diebus predictis, quibus id fecerint, quadraginta annorum et totidem quadragenarum indulgentiam. Necnon qui infra vigintiquinque annos proxime futuros, inter quos annus jubilei proxime futurus non computetur, sed eo elapso presentes littere in pristinum statum quoad hoc restitute sint et esse censeantur, in aliqua ex tribus precedentibus et totidem sequentibus diem dominicam, qua in ecclesia Dei cantatur letare Jerusalem, diebus vel ipsa die dominica, ac qui tribus precedentibus et totidem sequentibus festum sancte Anne diebus et ipso festo usque ad occasum solis cuiuslibet[b] dierum huiusmodi eandem ecclesiam visitaverint et in capsa ad hoc per infrascriptum commissarium deputanda suas ele-

---

[a] *Fol. 241 v.*
[b] *Fol. 242.*

mosinas in subsidium dicte fabrice iuxta ordinationem per eumdem commissarium seu eius substitutos super hoc faciendam imposuerint, plenissimam omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, ad instar veri jubilei remissionem consequantur. Et ut Christifideles prefatam ecclesiam ex causa antedicta visitantes et aptiores ad huiusmodi indulgentias consequendas reddantur, quo suorum peccatorum nexibus fuerint liberati, quod decanus ecclesie Misnensis pro tempore existens per se seu unum vel plures alios commissarios loco sui substituendos, qui confessores seculares vel cuiusvis ordinis regulares tot quot necessarii fuerint cum traditione virgarum more Romane curie locare et ordinare, ipsique confessores prefatos Christifideles ab omnibus et singulis excommunicationis et aliis ecclesiasticis sententiis censuris et penis ac aliis suis peccatis criminibus delictis et excessibus etiam sedi predicte reservatis, exceptis contentis in dicta bulla in die cene domini legi consueta, absolvere et pro commissis debitam penitentiam iniungere ac vota quecumque in alia pietatis opera commutare et juramenta relaxare necnon eisdem Christifidelibus et eorum cuilibet aliquam elemosinam pro consecutione huiusmodi indulgentie plenarie in capsa ad hoc deputanda ponendam ordinare et limitare possint ac etiam ad hoc, ut defunctis, qui per caritatem Christo uniti ab hac luce decesserint, pro quibus ab ipsorum consanguineis vel amicis temporibus predictis aliqua elemosina in usum dicte fabrice erogabitur, eadem indulgentia de iniunctis eis penitentiis et penis, quibus in purgatorio secundum divinam iusticiam sunt expositi, suffragetur. Quodque infirmi decrepiti valitudinarii ac alias impediti transmittendo ad capsam predictam pro fabrica ecclesie huiusmodi, quantum per unam ebdomadam in victualibus exponerent, dictam indulgentiam promereri et consequi et quod taliter impediti in locis, ubi fuerint, confessores[a] eligere possint, qui similiter eos modo predicto absolvere valeant. Ac quod etiam quicumque, qui per dictos confessores pro tempore absolutis(?) et cum quibus dispensatum fuerit super criminibus peccatis et excessibus sic remissis ac dispensationibus eis concessis vel alias quomodolibet molestaverint aut ipsos confessores in premissis omnibus modo aliquo de jure vel de facto impediverint, excommunicationis sententiam incurrant eo ipso, a qua ab alio quam a nobis et sede predicta preterquam in mortis articulo constituti absolutionis beneficium nequeant obtinere. Ac quod tam confratres predicti quam alii incole et habitatores dicti opidi ac etiam forenses ad illud pro tempore advenientes una cum tota eorum familia et aliis ad mensam eorumdem discumbentibus eisdem quadragessimalibus et aliis temporibus et diebus, quibus esus carnum ovorum butiri casei et aliorum lacticiniorum de jure vel consuetudine et

---

[a] *Fol. 242r.*

alias prohibitus existit, ovis butiro caseo et aliis lacticiniis necnon de consilio utriusque medici etiam carnibus uti et vesci possint. Decernentes presentes litteras et in eis contenta quecumque sub quibusvis revocationibus suspensionibus et modificationibus quarumvis indulgentiarum et remissionum etiam in favorem fabrice basilice principis apostolorum de dicta Urbe aut alias ex quacumque causa per nos et sedem predictam nunc et pro tempore factis vel deinceps etiam occasione jubilei proxime futuri faciendis non includi, sed ab illis omnibus semper exceptas esse et, quotiens includerentur seu includi viderentur, totiens adversus illas in pristinum et eum statum, in quo antea quomodolibet erant, restitutas repositas et plenarie reintegratas et, nisi de verbo ad verbum specialiter et expresse etiam cum presentium insertione derogetur, pro revocatis non haberi. Quocirca dilectis filiis abbati Veteriscelle et per prepositum gubernari soliti sancti Thome in Lipsi Misnensis et Marseburgensis diocesis monasteriorum ac ecclesie Misnensis prepositis per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se vel alium seu alios presentes litteras et in eis contenta, quecumque ubi et quando opus fuerit, ac quotiens pro parte ducis et confratrum predictorum presentium et futurorum seu alicuius eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes eisque in premissis efficacis defensionis presidio[a] assistentes faciant presentes et in eis contenta huiusmodi per censuras et penas ecclesiasticas inviolabiliter observari ac singulos, quos eedem presentes concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos desuper per ordinarios locorum aut quoscumque alios quavis auctoritate fungentes desuper quomodolibet indebite molestari perturbari aut inquietari. Nos enim eisdem abbati et prepositis prefatis locorum ordinariis et quibuscumque aliis, ne publicationem indulgentiarum huiusmodi impediant nec aliquos questores preterquam sancti Antonii admittant, sub excommunicationis ac etiam pecuniariis eorum arbitrio moderandis penis inhibendi ac penas huiusmodi incurrisse declarandi et alia in premissis necessaria faciendi et exequendi, contradictores quoslibet et rebelles per easdem censuras et penas et alia juris remedia compescendo, invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis, facultatem concedimus per presentes. Non obstantibus quibusvis apostolicis ac in provintialibus et sinodalibus conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus necnon quibusvis privilegiis indultis et litteris apostolicis in contrarium quomodolibet forsan concessis et confirmatis, quibus omnibus tenores illorum, ac si de verbo ad verbum inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis habentes quo ad premissa specialiter et expresse derogamus contrariis quibuscumque; aut si eisdem locorum ordinariis vel quibusvis aliis

[a] *Fol. 243.*

communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Volumus autem, ne, quod absit, ipsi confratres pro tempore et infra dictum numerum existentes pro tempore huiusmodi gratiam vel commissionem eligendi confessorem reddantur procliviores ad illicita imposterum committenda, quod, si a sinceritate fidei unitate Romane ecclesie ac obedientia et devotione nostra aut successorum nostrorum canonice intrantium destiterint aut ex confidentia eiusdem concessionis vel remissionis aliqua forsan commiserint, concessio et remissio predicte et quoad illas presentes littere eis nullatenus suffragentur. Nulli ergo etc.[a] nostre absolutionis approbationis confirmationis suppletionis statuti ordinationis decreti mandati concessionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo decimo septimo, nono kalendas junii, pontificatus nostri anno quinto.

Jho. de Binis
L. cardinalis Sanctorum Quattuor.

Am Rande: Bembus.

108. Mandat des Erzbischofs Albrecht von Mainz, betreffend die Behandlung der Ablafsgelder. Aschaffenburg 1517 Mai 28.

Kreisarchiv Würzburg. Mainzer Ingrossaturbuch Nr. 52 fol. 78—78 verso.

Mandat der Fucker halber außgangen das ablas gelt zu Mentz und anderswo betreffent.

1517.

Wir Albrecht etc. thun allen und iglichen unsern subcommissarien und iren mitdeputirten durch uns und unsern lieben andechtigen den Quardian unsers barfussers closters in unser stat Mentz unsern mitcollegen in der durch unsern allerheiligsten vatter den bapst jungst gegeben und gelegten gnade und ablas in unser ertzbistumb zu Mentz und Magdeburg und derselben provincien gesatzt, geordent und gemacht, zu wissen, das gedachter unser heiligster vatter der bapst uns kurtzverschiener tege ein breve zugeschickt und darin uns und unsern subcommissarien by pene des banns ernstlich bevohlen hat, einiche trohen oder kisten, so zu erhaltung des ablas gelts in gemelten unsern ertzbistumben und derselben provincien gesatzt sein, one bysein der Fucker oder irer procurator und bevelhaber nit zu offnen, sonder inen zu iglicher kisten ein schlussel geben und den halben teil des gefallen ablas gelts,

[a] *Fol. 243* v.

doch zuvor allen uncosten abgezogen, von wegen bepstlicher heyligkeit volgen ze lassen etc., wie dan solichs bebstlicher bevelhe wyther inhelt und begryfft; dweil wir aber bebstlicher heiligkeit herin gehorsam zu sein und zu leisten schuldig und das fur uns selbst zu thun geneigt sein, so bevelhen wir euch allen sampt und besondern, so mit diesem unserm offen brieff oder desselben glaubwirdigen copy ersucht werdet, hiemit ernstlich gepietend und wollen, das ir auf ansuchen und begern des ersamen unsers lieben besondern Jacob Fuckers oder sein volmechtigte anwelde, ime oder inen zu einer iglichen trohen oder kisten, darin das ablas gelt ligen ist, geben und zustellen wollet, auch dieselben kisten nit anders, dan in irem bysein offen oder etwas daruß nemen oder entpfahen, sonder dieselben kisten uff ire begern und in bysein eins glaubhaftigen notarien und gezeugen uffschlysset und nach abzug des ufgangen costens den halben theil solicher gefelle des ablas gelts von gemelts unsers heilgen vatter des bapsts und den andern halben theil in bezalung der summa gelts, so wir ime dem Fucker zu thun sein, gebeut und one eintrag volgen lasset, und wes ir also handelt, daruber wollent dry gleichformig offen instrument durch einen glaubhafftigen notarien machen und darin, wes nach dem abzug des costens, so in vollen furung und ußrichtung solichs ablas darauf gangen ist, uberig sein wirdet, sonderlich anzeichen und ufschreiben und dieselben instrumenta eins dem Fucker oder seinem volmechtigen anwalt und die andern zwey uns eigentlich und gewißlich uberliebert, und dem also one alle einrede und verhinderung mit allem vleyß und one einiche hindersich sehen nachkommen und vollentziehung thun. Daran geschicht unser ernstlich bevelhe und meynung, bebstlicher heiligkeit getraute pene in obgerurtem breve bestimpt und unsere schwere straff und ungnade zu vermeyden. Und des zu urkhundt haben wir unser siegel zuruck diß briefs thun trucken, der geben ist zu Aschaffenburg uff dornstag nach dem sontag Exaudi anno domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

109. Ablaſsbulle zugunsten des Baues von St. Peter, gültig für die Observantenprovinz Österreich auf zwei Jahre. 1517 Juni 18.

Arch. Vatic. Reg. Vatic. 1196. fol. 102—107v.

Leo etc.

Universis et singulis Christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem etc. — Licet postquam divina favente clementia ad summi apostolatus apicem meritis licet imparibus assumpti fuimus, multa se nobis pro orthodoxe fidei ampliatione statuque et dignitate huius sancte sedis debito decore retinendis ecclesiasticorumque omnium et Romane curie ritibus et moribus in melius reformandis, que etiam in minoribus constituti toto

mentis affectu cupiveramus se nobis meditanda ac quantum ex alto conceditur exequenda reddiderint, illud tamen nullatenus intermittendum ducimus, quod Christianorum omnium votis expeti non ambigimus et necessitate ipsa cernitur exoptari. Cum igitur felicis recordationis Julius papa II. predecessor noster reparationem et ampliationem basilice principis apostolorum de Urbe opere magnificentissmo, ut matri omnium ecclesiarum convenit, inceperit iusseritque, ut nova erigi posset, non parvam veteris basilice partem demoliri, animadverteritque ad tanti operis absolutionem huius sancte sedis facultates modo suppetere, nisi christifidelium iuvarentur suffragiis et elemosinis, et ad invitandum eosdem ad pietatis opera et ad porrigendum manus adiutrices tam sancto et pernecessario operi in viginti quinque provinciis secundum morem ordinis fratrum minorum de observantia numerandis complures concesserit indulgentias et facultates, quarum cum intelleximus Christifideles in tota provincia Austrie secundum morem ordinis fratrum minorum sancti Francisci terminanda degentes cupere participes fieri, nos paterne animarum earundem saluti et dicte fabrice oportune subveniri consulere cupientes, exemplo salvatoris nostri, qui ad diversas mundi partes ad predicandum sanctum evangelium, ut animas patri lucrifaceret, suos apostolos misit, quantum nobis ex alto conceditur, sectantes et de ipsius omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac omnium sanctorum eius meritis confisi motuproprio[a] et ex certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine prefati predecessoris vestigiis inherendo universis et singulis Christifidelibus utriusque sexus cuiuscunque dignitatis gradus ordinis condicionis et preeminentie existant tam secularibus quam regularibus etiam ordinum quorumcunque totius provincie predicte et ad illam undecunque confluentibus vere penitentibus et confessis, qui infra biennium a publicatione presentium a kalendis septembris proxime futuris computandum ecclesias in dicta provincia, quas dilectus filius ordinis fratrum minorum regularis observantie professor et dicte provincie minister provincialis, de cuius fide diligentia et integritate ob eius laudabilem vitam probatos mores plurimum in domino confidimus et quem ad hec et infrascripta peragendum nostrum et apostolice sedis nuncium et commissarium ad dictum biennium facimus constituimus et deputamus, per se vel alios nominaverit et deputaverit juxta eiusdem nuncii et commissarii seu deputandi vel deputandorum aut subdelegandi vel subdelegandorum ab eo providam ordinationem super hoc faciendam devote visitaverint et in capsis ad hoc in subsidium dicte fabrice per nuncium seu commissarium seu deputandum vel subdelegandos predictos deputandis juxta nuncii et commissarii ac deputandorum vel subdelegandorum predictorum ordinationem et arbitrium

[a] *Fol. 102 v.*

pias elemosinas effectualiter posuerint, plenissimam omnium peccatorum suorum remissionem ac tot et similes indulgentias et peccatorum remissonem etiam consequantur, quas consequerentur, si singulis diebus quadragesimalibus et totius anni singulas dicte Urbis et extra eam ecclesias, que a Christifidelibus propter stationes visitari solent, personaliter visitarent. Et qui cum prefatis commissario seu delegandis aut subdelegandis predictis convenerint, ut idoneum possint eligere confessorem secularem vel cuiusvis ordinis etiam mendicantium regularem[a], qui eorum coffessione diligenter audita, pro commissis per eligentem delictis et excessibus ac peccatis quibuslibet quantumcunque gravibus et enormibus etiam sedi apostolice reservatis casibus ac censuris ecclesiasticis etiam ab homine ad alicuius instantiam latis de consensu partium etiam ratione interdicti incursis et quorum absolutio dicte sedi esset reservata, preterquam machinationis in personam summi pontificis, occisionis episcoporum aut aliorum superiorum prelatorum et iniectionis manuum violentarum in illos et alios prelatos, falsificationis bullarum et litterarum apostolicarum, delationis armorum et aliorum prohibitorum ad partes infidelium ac sententiarum et censurarum occasione aluminum Tulphe nostre ad de partibus fidelium ad infideles contra prohibitionem nostram delatorum incursarum semel in vita et in non reservatis casibus totiens, quotiens id petierint, et in mortis articulo plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem impendere ac penitentiam salutarem iniungere et eucharistie sacramentum preterquam in die paschalis et in mortis articulo aliis anni temporibus ministrare[b] necnon emissa per eos vota quecunque, ultramarium ingressus religionis et castitatis votis duntaxat exceptis, nisi de eorum validitate merito contigerit dubitari, aut quod propter etatem vel infirmitatem seu consimilem causam persona religioni inabilis reddatur aut post votum matrimonium contraxerit, in quibus casibus etiam commutationem fieri posse volumus cum dispensatione, quod matrimonii debitum per eum, qui contra votum contraxerit, reddi possit et illo soluto religionem ingredi minime teneatur, sed propterea ad secunda vota transire non possit et totum, quod pro huiusmodi votorum commutationibus persolvetur, in opus dicte fabrice converti debeat ac cum simonie in ordinibus vel beneficiis commissa labe pollutis ad ipsum opus contribuentibus super irregularitate, si quam censuris huiusmodi ligati missas et alia divina officia non tamen in contemptum clavium celebrando aut alias divinis se immiscendo seu alias quomodolibet etiam beneficia ecclesiastica premissorum occasione vel alias indebite occupando preterquam ratione homicidii voluntarii et bigamie contraxerint, dispensare

[a] *Fol. 103.*
[b] *Fol. 103v.*

eosque abolere omnemque inhabilitatis et infamie maculam [b] sive notam ex hiis provenientem abolere et, ut in susceptis ordinibus ministrare ac sic quesita beneficia ecclesiastica, que ex tunc eis de novo collata censeantur, et perceptos ex eis fructus etiam ratione omissionis horarum canonicarum et divinorum officiorum facta aliqua compositione cum eis concedere necnon super male ablatis incertis vel per usurariam pravitatem quesitis etiam certis, que fenerator ab alio feneratore extorsisset et que ipse requisitus usuras restituere paratus non esset vel alicui private ecclesie deberentur, in quibus tantum Romana ecclesia de jure communi succedere posset, ac etiam bonis, que ad alicuius manus pervenissent, et illa habentes quibus restitui deberent ignoraverint vel dubitaverint, quanquam male ablata per eos non existant, seu illa ad eos pervenerint et similiter de hiis, que pauperibus et aliis piis locis ac pro maritandis puellis et celebrandis missis ac aliis divinis officiis in genere et absque ulla speciali determinatione et propriis nominibus personarum non expressis relicta forent, tam pro preterito quam pro futuro temporibns componere, ita ut soluta aliqua quantitate pro dicta fabrica eidem nuncio et commissario seu deputandis vel subdelegandis ab eo duntaxat in capsis ipsis ponenda a reliquorum sic relictorum et male ablatorum ac per usurariam pravitatem extortorum seu que ad eos alias pervenerint et cui ea restituere debeant dubitant vel ignorant, ut prefertur, restitutione huiusmodi absoluti existant et ultra restituere minime teneantur, eis concedere ac quoscunque, qui ante etatem legitimam ad sacros etiam presbiteratus ordines absque aliqua dispensatione se promoveri fecerunt et in susceptis ordinibus etiam ministrarunt, ac eos, qui ex quavis licita aut illicita cognatione proveniente affinitate consanguinitate carnali vel spirituali inter levatum et levantem excepto simplici aut multiplici gradu ac quoscunque publice honestatis iusticie impedimento seu alias quomodolibet impediti matrimonium scienter vel ignoranter in quarto vel tertio consanguinitatis et affinitatis ac per copulam fornicatoriam non tamen [a] publicam etiam in primo affinitatis gradu contraxissent ac carnali copula consummassent, si impedimentum huiusmodi in judicium deductum non fuerit vel scandalum generare non posset, ac etiam illos, qui in quarto consanguinitatits vel affinitatis gradu similiter contraxissent et carnali copula non consummassent, ab excessu huiusmodi ac excommunicationis sententia, quam propterea incurrissent, iniuncta inde eis pro modo culpe penitentia salutari, que ad fabricam huiusmodi dirigatur, et quod de cetero talia non committant nec committentibus prestent auxilium consilium vel favorem et aliis que de jure fuerint iniungenda absolvere et, ut de novo invicem matrimonium contrahere et in illo sic contracto similiter remanere libere et

[a] *Fol. 104.*

licite valeant, prolem susceptam ex huiusmodi matrimonio, si qua sit et suscipiendam legitimam decernendo in foro conscientie dumtaxat et dispensari posse volumus. Et, ut cum eisdem promotis super irregularitate, quam etiam in dictis ordinibus ministrando contraxerint, quodque in dictis ordinibus ministrare possint, dispensare ac cum quibuscunque qui bona ecclesiarum monasteriorum et ecclesiasticorum beneficiorum quorumlibet haberent et judicialiter deficientibus probationibus ad illorum restitutionem compelli non possint, etiam si per eos probari posset, et bona omnia ac quecunque legata et alias quomodolibet etiam hereditatis titulo pro male ablatorum restitutione relicta hactenus et que relinqui ac largiri contigerit infuturum durante deputatione nuncii et commissarii per presentes facta in quibuscunque testamentis donationibus causa mortis codicillis aut aliis ultimis voluntatibus per quoscunque et ubicunque factis et que durante huiusmodi deputatione fient quibuscunque incertis ecclesiis et piis locis aut personis similiter incertis et absentibus taliter, quod propter ipsorum absentiam merito ab hiis noticia haberi non posset, ac etiam que restitutioni subiacerent sed in eis vel ad ea personis quibus illa fieri deberent receptio non competeret necnon quecunque in testamentis donationibus causa mortis codicillis aut aliis ultimis voluntatibus pro redemptione captivorum etiam si beate Marie de Mercede et Sancte Trinitatis redemptionis captivorum ordinibus et sancte Eulalie Barchinonensis[a] relicta fuerint ac hereditates et bona decedentium ab intestato clericorum et laicorum legitimum non habentium heredem etiam si indulto apostolico aut alias ad redemptionem predictam captivorum dedicata pertinere deberent, necnon omnes et singulas pecunias et res alias, que in prandiis et conviviis ac publicis spectaculis in aliquibus celebritatibus ex voto statuto seu consuetudine in quibusvis locis exponi consueverint, facultate nuncii et commissarii huiusmodi durante exponi deberent, ad fabricam huiusmodi applicamus contradictoresque omnes excommunicationis late sententie et quingentorum ducatorum auri penis ipso facto subiacere decernimus et super restitutione bonorum ecclesiarum monasteriorum et beneficiorum huiusmodi competenti recepta portione vel quantitate pro eis in fabricam huiusmodi convertenda ipsos sic ea tenentes ab ulteriori eorum restitutione libere absolvere et quod illa retinere libere possint imposterum etiam eis concedere ipseque nuncius et commissarius et quibus vices suas in genere vel in specie duxerit committendas possint dubietates quascunque tam super qualitate personarum, quibus facultas eligendi confessorum concedi possit, etiam si comprehendantur communia civitatum universitates oppidorum castrorum villarum et collegiorum dicte provincie, dummodo non extendatur confessio-

[a] *Fol. 104* r.

nale ad alias personas, quam tunc expressas tempore concessi confessionalis in collegiis huiusmodi absolutione a commissis vel aliquo commissorum ac a dispensatione super eis vel aliquo eorum indigerent, quam cetera alia dubia decidere declarare et interpretari et contradictores sententiam excommunicationis et quingentorum ducatorum ipsi fabrice applicandorum incurrisse declarare et summam pecuniariam pro consequenda indulgentia huiusmodi et aliis premissis ac facultatem eligendi confessorem huiusmodi limitare et taxare necnon nobilibus et presbiteris ac graduatis altare portatile, quod cum debitis reverentia et honore retineant et super quo in locis ad hoc congruentibus et honestis etiam non sacris et ecclesiastico interdicto generali et speciali tam apostolica quam ordinaria auctoritate suppositis, dummodo causam non dederint huiusmodi interdicto, etiam antequam elucescat dies circa tamen[a] diurnam lucem in sua ac familiarium suorum domesticorum presentia iuxta forma capituli alma (?) de sententia excommunicationis missas et alia divina officia per se ipsos qui presbiteri sunt aut pro tempore erunt celebrare seu per alios sacerdotes celebrari facere ac tempore interdicti huiusmodi divinis interesse ac eucharistiam et alia ecclesiastica sacramenta sine alicuius preiudicio preterquam in die dominice resurrectionis, et eorundem corpora ecclesiastice tradi possint sepulture sine tamen funerali pompa ac ut quadragesimalibus et aliis temporibus prohibitis de utriusque medici consilio ovis butiro caseo et aliis lacticiniis ac carnibus uti frui et vesci libere et absque conscientie scrupulo possint et valeant, concedere necnon tempore generalis interdicti etiam auctoritate apostolica appositi, ut unam seu plures ecclesias pro publicatione dictarum indulgentiarum aperire et eam seu eas a dicto interdicto eximi et in eis ianuis apertis divina celebrare et corpora defunctorum sepeliri facere dictis indulgentiis actualiter durantibus ac quecunque iuramenta in quibusvis contractibus instrumentis et obligationibus preterquam in forma cancellarie apostolice appositis ad effectum agendi duntaxat relaxare et ab eis et a quocunque periurio sine tamen tertii preiudicio absolvere ac quascunque indulgentias etiam illas a media quadragesima usque ad pascha inclusive ab ordinibus mendicantium publicari solitas tam a nobis quam predecessoribus nostris et a sede predicta vel eius auctoritate quibuscunque ecclesiis monasteriis hospitalibus etiam nostro sancti spiritus in Saxia de Urbe ordinis sancti Augustini et aliis piis locis universitatibus confraternitatibus cuiuscunque qualitatis et ad quemcunque usum etiam laicorum et clericorum institutis et singularibus personis etiam plenarias in vita ac quascunque facultates quibusvis personis cuiuscunque dignitatis etiam cardinalatus honore aut legationis officio fungentibus super premissis vel aliquo premissorum

[a] *Fol. 105.*

hactenus concessas preterquam ratione sustentationis pauperum et miserabilium personarum in Parisiensi et sancti Jacobi de Galitia ac Portugalie regnis hospitalibus degentium, quas quoad illorum usum in provinciis in quibus dicta hospitalia respective sita sunt secundum cancellarie nostre morem terminandis et non in aliquibus aliis[a] locis durare volumus, ac expeditionis contra Turchos et hereticos et ecclesie Vienniensi[b] concessis etiam quascunque clausulas reservativas adversus revocationes et suspensiones earundem in se continentibus quando et quotiens et ad quod tempus nuncio et commissario prefato vel deputandis et subdelegandis ab eo videbitur oportunum suspendere, quas omnes et singulas nos presentibus ad dictum beneplactium nostrum suspendimus et suspensas fore decernimus et declaramus. Prohibentes omnino questas quascunque illorum occasione fieri solitas ac mandantes universis et singulis locorum ordinariis abbatibus et aliis tam ecclestasticis quam secularibus personis cuiuscunque dignitatis status gradus ordinis et conditionis vel preeminentie existant sub excommunicationis late sententie ac quingentorum ducatorum auri fabrice predicte applicandorum penis ipso facto incurrendis, ne publicationem et predicationem dictarum nostrarum indulgentiarum et suspensiones aliarum huiusmodi in eorum civitatibus et diocesibus ubi et quotiens opus fuerit faciendam impedire et aliquid pretextu publicationis petere et etiam a sponte offerentibus recipere et exigere aut in premissis et circa ea fraudem aut dolum committere neque procurantes huiusmodi indulgentiarum participes fieri et sua pia suffragia erogare ab huiusmodi eorum proposito in toto vel in parte directe vel indirecte tacite vel expresse retardare aut per se vel eorum vicarios aut officiales licentiam faciendi questas aliquibus questoribus alicuius ordinis vel religionis aut fraternitatis vel hospitalium etiam nostri sancti spiritus in Saxia ac sancti Antonii et aliorum quorumcunque aut aliis quomodolibet deputatis verbo vel scriptis concedere quinimo questores omnes et singulos, quos in eorum jurisdictione sine litteris licentie questandi dicti commissarii vel subdelegandorum ab ipso repererint, cum eorum rebus et bonis que dicte fabrice applicata esse decernimus et ad manus dilecti filii nostri Bernardi sancte Marie in Porticu diaconi cardinalis dicte fabrice prefecti fideliter deferri mandamus retinere valeant [necnon aliquo audeant aut presumant per se vel alium dispensatos vel absolutos aut illos cum quibus presentium vigore ab ipso commissario vel delegandis aut subdelegandis predictis contigerit dispensari vel absolvi molestare[c] vel impedire aut penes aliquas pro casu in quo ut prefertur dispensatum vel absolutum tam pro preterito quam pro futuro temporibus

[a] *Fol. 105 v.*
[b] *Lesung sehr zweifelhaft.*
[c] *Fol. 106.*

fuerit ex lege canonica imperiali statuto vel consuetudine exigere][a] questoribus vero supranominatis sub similibus penis inhibemus, ne questas modo aliquo facere presumant nec bona ipsorum per prefatum commissarium aut delegatos et subdelegandos predictos etiam vigore aliarum litterarum prefati Julii predecessoris eorum exigentibus demeritis arrestate applicate et pro dicta fabrica vendita sibi modo aliquo vendicare vel ab emptoribus vel detentoribus aut commissario delegatis vel subdelegandis predictis repetere, ac sub similibus sententia et pena mandamus quibuscunque predicatoribus verbi Dei quorumcunque ordinum etiam mendicantium, ut requisiti a prefato commissario vel delegatis seu subdelegandis ab eo prefatos Christifideles ad contribuendum dicte fabrice exhortentur et a premissis commissario vel delegandis prefatis admoniti a predicationibus diebus quibus dicte indulgentie et suspensiones ab episcopis vel de eorum commissione publicantur penitus abstineant, liceatque nichilominus commissario et delegandis aut subdelegandis predictis premissa omnia et singula etiam omnibus et singulis predictis sub eisdem penis totiens quotiens eis vel eorum alicui visum fuerit oportunum mandare et iniungere nec non juramenta quecunque a quibusvis laicis utriusque sexus de stando in aliqua societate fraternitate vel numero personarum et de solvendo ratam aliquam imperpetuum vel ad tempus occasione fraternitatis societatis vel numeri ratione dictarum indulgentiarum privilegiorum et questarum quomodolibet prestita relaxare et eosdem ab illis absolvere; contradictores quoslibet et rebelles etiam per censuram ecclesiasticam et alia oportuna juris remedia invocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis compescere et compellere ac processiones publice ad effectum premissum fieri et populum ac religiosos omnes cuiuscunque ordinis etiam exemptos pro huiusmodi operibus peragendis ad sonum campane convocari facere et a censuris et penis predictis satisfactione previa absolvere et illas remittere ac suspensiones huiusmodi indulgentiarum relaxare; quodque etiam transumptis et confessionalibus in dicta[b] provincia quibusvis personis per prefatum nuncium et commissarium vel deputandos aut subdelegandos ab eo subscriptis et suo sigillo duntaxat munitis fides adhibeatur auctoritate apostolica tenore presentium licentiam et facultatem concedimus atque volumus et mandamus. Et ut animarum salus eo potius procuretur, quo magis aliorum egent suffragiis et quominus sibi ipsis proficere valent, auctoritate prefata de thesauro sancte matris ecclesie animabus in purgatoris existentibus, que per charitatem Christo unite ab luce decesserunt, et que dum viverent sibi ut huiusmodi indulgentia suffragaretur meruerunt, paterno compatientes affectu, quantum cum Deo possumus, succurrere

[a] *Das in Klammern Eingeschlossene im Text wieder getilgt.*
[b] *Fol. 106 v.*

cupientes de divina misericordia et apostolice potestatis plenitudine volumus et concedimus, ut, si qui parentes amici aut ceteri Christifideles pietate commoti pro ipsis animabus in purgatorio pro expiatione penarum eisdem secundum divinam justitiam debitarum detentis durante commissaria nuncii et commissarii ad opus fabrice huiusmodi aliquam elemosinam juxta nuncii et commissarii aut deputandorum et subdelegandorum ab eo quibus vices suas commiscerit ordinationem erogaverint, ipsa plenissima indulgentia per modum suffragii ipsis animabus in purgatorio existentibus, pro quibus dictam elemosinam pie erogaverint ut prefertur, pro penarum relaxatione suffragetur; et omnes et singuli Christifideles utriusque sexus tam ecclesiastici quam regulares et seculares de simili potestatis plenitudine et liberalitate, qui manus adiutrices ad opus fabrice huiusmodi porrexerint, ac omnes et singuli eorumdem parentes defuncti benefactores, qui cum charitate decesserunt, in omnibus precibus suffragiis elemosinis jeiuniis orationibus missis horis canonicis disciplinis peregrinationibus et ceteris omnibus bonis que fiunt et fieri poterunt in tota universali sacrosancta ecclesia militante et in omnibus membris eiusdem participes imperpetuum fiant. Non obstantibus premissis ac constistutionibus et ordinationibus apostolicis necnon privilegiis et indultis etiam mare magnum nuncupatis eisdem ordinibus eorumque personis in genere vel in[a] specie sub quibusvis verborum formis et clausulis etiam cum similibus motu proprio et certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine forsan concessis, quibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa individua ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales id importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris hac vice duntaxat specialiter et expresse de simili nostra scientia et postestatis plenitudine derogamus ac cuiquam volumus nullatenus suffragari ceterisque contrariis quibuscunque. Aut si aliquibus vel eorum ordinibus ab eadem sede indultum existat, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Verum quia difficile foret presentes litteras ad singula queque loca ad que expediens fuerit deferre, volumus etiam et dicta auctoritate decernimus, quod illarum transumptis unius vel duorum publicorum notariorum manu subscriptis et ipsius nuncii et commissarii vel delegandorum et subdelegandorum ab eo aut alicuius prelati vel persone in dignitate ecclesiastica constitute sigillo munitis ea prorsus fides indubia adhibeatur, que presentibus nostris litteris adhiberetur, si essent exhibite vel

[a] *Fol. 107.*

ostense. Quodque in pecuniis occasione indulgentiarum huiusmodi provenientibus fraudem ullam facientes excommunicationis et illi ipsi commissario vel delegandis aut subdelegandis ab eo aut eorum ordini modo aliquo in premissis vel eorum occasione detrahentes aut asserentes eosdem dictas[a] indulgentias et facultates emisse vel super eis nobiscum vel cum aliquo convenisse et composuisse cum ut filii obedientie gratuitam operam et labores iussi a nobis in favorem dicte fabrice impendant, ipso facto subiaceant, a qua ab alio quam a nobis vel commissario predicto et particulariter ad hoc ab ipso deputandis et previa satisfactione preterquam in mortis articulo constituti absolvi non possint, presentibus post dictum biennium minime valituris. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri facti constitutionis deputationis applicationis suspensionis declarationis prohibitionis inhibitionis concessionis mandati derogationis voluntatis et decreti infringere. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo decimo septimo quartodecimo kalendas julii pontificatus nostri anno quinto.

Visa: L. Gra.

Ja. Questenberg.

110. Breve Leos X. an Kurfürst Joachim von Brandenburg. Empfehlung Bischof Johanns von Reval für einen Bischofsitz in brandenburgischen Landen. Rom 1517 September 14.

Arch. Vatic. Arm. XL. vol. 3. nr. 280. Breven Bd. III. Konzept.

Leo papa X.

Dilecto filio nobili viro Joachim marchioni Brandeburgensi principi electori. —

Dilecte fili salutem etc. Retulit nobis venerabilis frater Johannes episcopus Revaliensis nobilitatem tuam bonam ac amplam ei spem prebere omnis favoris et auxilii tui, ut aliquam cathedralem ecclesiam ex eis, que sub tuo temporali dominio constitute sunt, earumdem occurrente vacatione assequatur, quod nobis pro nostra in eum gratia et benivolentia admodum gratum est. Quare cum in presentia ad nobilitatem tuam iter suscipiat, eandem hortamur, velit pro nostra etiam ac sedis apostolice reverentia eum commendatiorem habere ac operam dare, ut res ad optatum effectum perducatur, intelligamusque nostra eum apud te commendatione plurimum fuisse adiutum. Ex eodem etiam intelliges, quanta benivolentia et paterno affectu tuam nobilitatem ac illustrem domum tuam Brandeburgensem prosequamur, et quantum nobis cordi sit, ut bellum, quod inter charissimum in Christo filium nostrum Christiernum Dace regem illustrem et gubernatorem ac populos regni Svecie ortum esse

[a] *Fo 107 v.*

intelligimus, tua etiam prudentia, interventu et auctoritate sopiatur, Christianique sanguinis effusio evitetur, cui in hiis, que retulerit nostro nomine super ea re et concordia, fidem indubiam adhibere velis. Datum Rome 14 septembris 1517. anno 5.

Bembus.

111. Breve Leos X. an Erzbischof Albrecht von Mainz-Magdeburg über Unterstützung des nach Handschriften suchenden Johannes Heitmers. Rom 1517 November 26.

Gedruckt nach dem jetzt in Berlin befindlichen Originale bei Bayle, Dict. hist. et critique. Article Leo X. 3, 655 und danach bei Roscoe, Vita e pontificato di Leone X., edizione Conte Bossi 10, 245.

Leo PP. X.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Mittimus dilectum filium Joannem Heytmers de Zouvelben, clericum Leodiensis dioeceseos, nostrum et apostolicae sedis commissarium ad inclitas nationes Germaniae, Daniae, Sveciae, Norvegiae et Gothiae pro inquirendis dignis et antiquis libris, qui temporum injuria periere, in qua re nec sumptui nec impensae alicui parcimus, solum ut sicut usque a nostri pontificatus initio proposuimus, quod altissimo tantum sit honor et gloria, viros quovis virtutum genere insignitos praesertim literatos, quantum cum Deo possumus, foveamus, extollamus ac juvemus. Accepimus autem penes fraternitatem tuam seu in locis sub illius ditione positis esse ex dictis antiquis libris: praesertim Romanarum historiarum non paucos, qui nobis cordi non parum forent. Quare cum in animo nobis sit tales libros, quotquot ad manus venire potuerint, in lucem redire curare pro communi omnium literatorum utilitate, fraternitatem tuam ea demum qua possumus affectione hortamur, monemus et enixius in Domino obtestamur, ut si rem gratam unquam facere animo proponit vel eorundem librorum omnium exempla fideliter et accurate scripta vel, quod magis exoptamus, ipsosmet libros antiquos ad nos transmittere, quanto citus curet, illos statim receptura, cum exscripti hic fuerint, juxta obligationem per Cameram nostram apostolicam factam, seu quam dictus Joannes Commissarius noster praesentium lator, ad id mandatum sufficiens habens, nomine dictae Camerae denuo duxerit faciendam. Et quia dictus Joannes promisit nobis se brevi daturum trigesium tertium librum Titi Livii de bello Macedonico, illi commisimus, ut eum ad manus tuae fraternitatis daret, ut ipsa quam primum posset per fidum nuntium ad nos vel dilecto filio Philippo Beroaldo bibliothecario Palatii nostri apostolici mittat. Quoniam vero eidem Joanni certam summam pecuniarum hic in Urbe enumerari fecimus pro expensis factis et fiendis et certam quantitatem debemus,

volumus et ita fraternitati tuae committimus et mandamus, ut postquam acceperit praedictum librum Titi Livii, ipsi Joanni solvat seu solvi faciat centum quadraginta septem ducatos auri de camera ex pecuniis indulgentiarum concessarum per illius provincias in favorem fabricae Basilicae principis Apostolorum de Urbe; quam quidem pecuniarum summam in computis tuae fraternitatis cum camera apostolica admittemus, prout in praesentia per presentes admittimus et admitti mandamus. Juvet praeterae eundem Joannem salvis conductibus, litteris et auxiliis et illi per provincias suas assistat pro libris extrahendis et pro illo etiam fide jubeat, si opus est, pro dictis libris intra certum tempus a nobis restituendis et ad sua loca remittendis. Quodsi fraternitas tua fecerit, ut omnino nobis persuademus, et ingens nomen apud viros literatos consequetur, et nobis rem gratissimam faciet. Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die XXVI. Novembris, MDXVII. pontificatus nostri anno quinto.

Ja. Sadoletus.

112. Leo X. Quittung über eine Zahlung aus dem Ablasse Arcimboldis, abgeliefert durch die Fugger. Rom 1518 März 18.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 67. fol. 74 v.

Leo papa X.

Motu proprio etc. fatemur habuisse et recepisse in prompta et numerata pecunia a dilectis filiis Jacobo Fucher et nepotibus mercatoribus Alemanis Romanam curiam sequentibus ducatos auri in auro de camera duo milia, quos nobis solverunt vigore unius cedule confessionis, per quam confessus fuit dilectus filius Bothardus Wiggerinch civis Lubicensis se recepisse florenos duo milia quingentos quinquaginta octo et solidos octo Renenses in Lubeca nomine R^di^ patris Johannis Angeli Arcimboldi commissarii nostri pro fabrica sancti Petri de Urbe. De quibus ducatis duobus milibus dictum Jacobum et nepotos ac dictum Bochardum quietamus absolvimus et liberamus volumusque et motu simili decernimus et declaramus presens mandatum pro sufficienti valida et ampla quietantia eis sufficere pro eorum securitate et cautela ac eidem presenti mandato in omni loco et coram quibuscumque judicibus fidem plenissimam adhibendam esse. In contrarium facient. non obstantibus quibuscumque. Datum Rome in palatio apostolico die decima octava mensis Martii anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo a nativitate, pontificatus vero nostri anno quinto

Ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Donatus.

113. Abrechnung des Kardinals Albrecht von Brandenburg mit den Fuggern. *1518 Sept. 15.*

Staatsarchiv Magdeburg. Erzbist. Magdeburg XIV. 5. 178. Aktenheft fol. 40—42. Pap. Konzept.

Wir Albrecht etc Cardinal etc Bekennen mit dem brieff fur uns und unser nachkhomen, thun khunt allermenigklich, als uns unser besonder lieber Jacob Fugker Key^r^ Mai^t^ Rath und sein gebruders sone zu verschiener zeit zü Confirmation und bestettigung unsers Ertzbisthumbs zu Mentz etc zu Rome und andern orten ein summa gelts, wie hernach begrieffen ist, vff unser gnedigs ansuchen und begern dargeliehen hat, haben wir ytzo mit demselben Jacoben Fugker fur sich und an stat bemelter seiner gebruders sone umb solhs Ires darleyhens außgebens und einnemens abgerechnet. In solher rechnung sich erfunden, das sy erstlich zu Rome unsern oratoribus inhalt unser gegeben verschreibung von unsern wegen ein und zwentzig tausent ducaten, die sich in Reinisch golt gerayt bringen Newn und zwentzig tausent und neunhundert gulden, dargeben und darzu denselben unsern oratores uff ire obligation zu Rome zwen posten als zehentausent zweihundert und dreytausent und dreyhundert gulden Reinisch, auch weither zu Irer zerung achthundert gulden bezalt und daruber die nachvolgenden posten ußgeben haben, nemlich zu Rome hern Busso von Alveßleuben hundert ducaten, die sich treffen hundert drey und viertzig gulden Reinisch und eilff creutzer. Mehr auff hern Johan Planckenfeld und hern Busso von Alveßleuben bevelch zu Rome hern Dominico de Jacobatis sechtzig ducaten, die sich bringen siebenundachtzig gulden Reinisch, welchen posten uns auch zu betzalen gebůren, das sich alles mitsampt andern vßgaben als pottenlon, zerung irer diener, die uns solher irer schuldt halben nachgereist haben, und andere laut der raytung in summa bringen vier und viertzig tausent siebenhundert und zehen gulden und zwen und funffzige creuzer.

Und nachdem wir sie solher irer dargegeben und betzalten summa gelts (aws mergklichen unsern obligenden notturfften) uff die zeit und friesten, daruff wir bezalung zu thun schuldig gewest sein, nicht betzalt und sie mit uns gedult getragen, haben wir uns mit inen vereinigt, und der summa so über die fristen unbetzalt ußgestanden, yhe vom hündert funff gulden gerechent, und inen also mitsampt zweyhundert und sieben und viertzig gulden von wegen ettlicher Lubegkschen und Luneburgischen auch geringen gulden, so Inen an der betzalung worden, auch das wir inen die betzalung nit zu Nurenberg, sonder zu Leiptzig, alda es inen nachteilig gewest, gethan, In raytung gelegt: zweytausent drey und zwentzig gulden und funff und viertzig creutzer, und dan tausent dreyhundert und dreyunddreyssig gulden, die sie zu anderer irer

außgabe in raytung gesetzt und wir hiemit passiert, dartzue achtundachtzig gulden und achtundviertzig creutzer pottenlon, so sie in sieben posten ußgeben, auch achtzig gulden sive funffundfunfftzig ducaten und drey schilling, die sie zu Rome im November des funffzehenhundersten und siebentzehenden iars meister Johan Bewern betzalt haben, Also das sich der gemelten Fücker ußgabe in summa trifft: achtundviertzig tausent zwehundert und sechsunddreissig gulden unnd funffundzwentzig creutzer. An solher summa haben wir inen bezalen lassen: nemlich zu Leiptzg im monat Novembri des funffzehenhundersten und vierzehenden iars siebentzehen tausent und neunhundert gulden, im monat Marcii des funffzehunderten und funfftzehesten iars zu Nurenberg funfftausent gulden, mehr in demselbigen monat Marcii zu Leiptzig funfftausent und funffhundert gulden, in der fasten meß des funffzehundersten und sechtzehenden jars zu Franckfurt funfftausent gulden. Im newen iars margk dieses gegenwertigen funffzehenhundertsten und achtzehenden jars aber zu Leiptzigk funff tausent gulden, und darnach zu Franckfurt in der fasten mess zweitausent gulden, summa viertzig tausent vierhundert gulden Reinisch. Weither ist gnaden gelt zu unserm zugepurenden halben teil gefallen und inen uberantwort worden, erstlich im funffzehundersten und siebentzehenden iar im monat Augusti zu Meincz dreyhundert neun und funffzig gulden ein und viertzig creutzer, awss dem stifft zu Speyer zweihundert sechtzehen gulden newnundviertzig creuzer, zu Augspurg zweyhundert sechundviertzig gulden, sieben und viertzig creutzer, zu Eystett dreyundsetzig gulden dreyssig creutzer, zu Lawingen sechsundviertzig gulden achtundfunffzig creutzer, summa neunhundert acht und dreissig gulden funff und viertzig creutzer. Item in diessem gegenwertigen funfftzehundert und achtzehenden iare zu Nordlingen und Donawerde achtzehen gulden und dreissig creutzer. Mher zu Schwabach, Onoltzpach, Feuchtwangen, Nordlingen, Donawerde, Eistet, Beyerewt, Culmbach und zum Hoff in allenn zweyhundert sieben und zwentzig gulden dreissig creuzer und zu Augspurg vierhundert neun und funffzig gulden. Summa siebenhundertfunff gulden Reinisch. Summa summarum aller irer einname, wie hievor steet, thut zwey und viertzig tausent und drey und viertzig gulden funff und viertzig creutzer. Und so innemen und ußgeben gegenenander gelegen und ufgehept werden, so sein wir den bemelten Fuckern noch schuldig plieben, benamlich sechstausend einhundert und zwey und neuntzig gulden viertzig creutzer. Darumb wir inen uff dat. ein sondern schultbrieff gegeben und sie dero damit versichert und daruff diese raytung von post zu posten wie obsteet, zu gnedigem danck und benugen angenommen passirt auch die bemelten Fucker alle ire erben und wer derhalb ferrer quitierung notturfftig ist, solher raitung quiet frey ledig und loß gezelt haben, und thun daʒ ytz wissentlich in

crafft diess briefs besigelt mit unsserm etc zu ruck auffgedruckten Secret; auff Mitwoch nach Exaltationis Crucis anno domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

114. Leo X. quittiert über seinen Anteil am Strafsburger Ablafs. Rom 1519 Januar 7.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 67. fol. 171 r.

Leo etc.

Fatemur habuisse et recepisse a dilectis filiis Jacobo Fucker et nepotibus mercatoribus Romanam curiam sequentibus summam ducentorum octuaginta duorum ducatorum auri in auro de camera et unam quartam partem unius ducati similis ratione quote nostre de pecuniis collectis ex indulgentiis nuper per nos in subsidium infantium expositorum et aliorum pauperum hospitalium civitatis Argentine concessis, de quibus quidem 282 ducatis et una quarta parte unius ducati predictis tam prefatos Jacobum et nepotes mercatores quam etiam dilectos filios Wolfgangum Borklin prepositum ecclesie sancti Petri junioris Argentinensis notarium et in negotio dictarum indulgentiarum commissarium nostrum ac magistros civium et consulatum dicte cititatis et alios, quos concernit, perpetuo quietamus et absolvimus, mandantes dilectis filiis thesaurario *nostro* et camere apostolice clericis ac ejusdem camere fructuum et proventuum collectoribus et aliis, ad quos spectat et pertinet, ut quietantias et liberationes nostras huiusmodi admittant et admitti faciant ac Jacobum et nepotes mercatores nec non Wolfgangum magistros civium et consulatum predictos occasione dicte pecunie nobis ut prefertur solute nullo unquam tempore quovis modo molestare presumant ac decernentes irritum, si secus per eos fieri contigerit vel attemptari; et in fidem premissorum presentes scripturas recognitionis quietantie et absolutionis litteras manu nostra propria subscripsimus. Rome die septima mensis Januarii 1519 pontificatus nostri anno sexto.

Ita fatemur quietamus et mandamus J.

Am Rande: Pro Jacobo Fucker et nepotibus.

115. Motu Proprio Leos X. Quittung über den Anteil am Ablafs in Brüx. Rom 1519 Mai 5.

Arch. Vatic. Div. Cam. 68. fol. 46.

Leo etc.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses receperint in diversis partitis pro indulgentia per nos concessa in oppido Brux Pragensis diocesis, videlicet in una partita de anno 1517 sex milia et triginta duos florenos grossos 21. denarios quinque Renenses ad rationem quinquaginta duorum grossorum pro quolibet floreno

et in alia partita de anno 1518 triamilia et settingentos triginta quinque florenos etiam Renenses grossos 28, ac in quadam alia partita de eodem anno 1518 florenos similes mille et sexcentos undecim grossos 29, et in ultima partita florenos similes mille et centum sex, grossos 14. Que supradicte quatuor partite constituunt summam duodecim millium quadringentorum ottoaginta quinque florenorum similium, grossorum 40. denar. 5, de quibus obveniunt nobis ratione tertie partis quatuor milia et centum sexaginta et unus floreni similes, sol. 18, denar. 7. De qua summa detrahi debent floreni similes ducenti et otto, sol. 1, denar. 10 pro salario servitorum et provisione dictorum mercatorum. Remanentes igitur tria milia et noningenti quinquaginta tres floreni, sol. 16, denar. 9, qui constituunt summam duorum milium settingentorum ottuaginta quatuor[a] ducatorum auri de camera, sol. 7. denar. 3. ad rationem centum quatraginta duorum florenorum pro quolibet centinario ducatorum auri de camera, dictamque summam pecuniarum duorum milium septingentorum ottuaginta quatuor ducatorum, sol. septem, denar. trium nobis in pronta et numerata pecunia effectualiter persolverint: et quam nos tenore presentium recepisse fatemur. Idcirco prefatos Jacobum et nepotes eorumque ministros ac eorumdem heredes et successores tenore presentium quietamus et liberamus eosque et eorum quemlibet a quacunque obligatione per eos sub quacunque verborum expressione etiam in ampliori forma camere apostolice tam hic in Urbe et in eadem camera quam alibi quomodolibet prestita absolvimus et absolutos fore decernimus et declaramus, mandantes motu simili venerabili fratri nostro R[aphaëli] episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis thesaurario presidentibus et clericis camere antedicte et aliis ad quos spectat, ut de premissis quietantias et alias scripturas necessarias et oportunas eisdem Jacobo et nepotibus in autentica forma conficiant et tradant pro eorum securitate et cautela; in contrarium etc. Volumus, quod presentes in camera apostolica registrentur et per dictam cameram serventur. Datum Rome in palatio apostolico die 5 maii 1519. pontificatus nostri anno septimo.

Placet et ita fatemur et motu propio mandamus J.

Am Rande: pro Jacobo Fucher.

116. Motu proprio Leos X. Quittung über Zahlungen des päpstlichen Anteils aus den Oblationen des Magdeburg-Mainzischen Ablasses.

Rom 1519 Mai 5.

Arch. Vatic. Divers. Cam. 68. fol. 45.

Leo etc.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses receperint in diversis partitis pro indulgentia per nos

[a] *Die gesperrten Worte unterstrichen.*

concessa in provinciis Maguntina et Magdeburgensi; videlicet in una partita de anno 1517 die 31. Martii in Augusta florenos ducentos quadraginta sex cruciferos 48. et die secunda Junii in oppido Langingen florenos quadraginta sex cruciferos 58. et die 7. Julii in Eystet florenos sexaginta tres cruciferos 30. et die 13. Augusti in Spira, Weyssenburg, Landaw, Weil florenos ducentos viginti unum cruciferos 49. et die 13 Augusti in Maguntia, Aschaffenburg, Bischoffesheim, Chyrem, Gelensausen florenos trecentos quinquaginta novem cruciferos 41. et de anno 1518. die 21. Junii in Nordlingen, Schunavierd floren. decem et otto cum dimidio et die 9. Julii in Augusta, Langingen, Kauffpeuren, Fuessen, Newburg, in Monte Sancto floren. quadringentos quinquaginta novem, et die 24. Julii in Schwabach, Onolspah, Feychtwang, Nordlingen, Thonamierd, Eystet, Bêrent, Culenbach, zum Hoff floren. ducentos viginti septem Renenses cruciferos 30, que octo partite supra descripte constituunt in totum florenos similes mille sexcentos quadraginta tres cruciferos quadraginta tres quinque, que pecunie nobis obveniunt ratione dicte indulgentie concesse, videlicet pro medietate. De quibus detrahi debent floreni octuaginta duo, cruciferi 11 pro expensis, pro salario scilicet servitorum et provisione dictorum mercatorum. Remanent igitur floreni mille quingenti sexaginta et unus, cruciferi 34, qui ad rationem centum quadraginta duorum florenorum similium pro quolibet centinario ducatorum auri de camera constituunt et faciunt duc. auri de camera mille et nonaginta novem sol. 13, quos nobis in prompta et numerata pecunia persolverunt nosque tenore presentium recepisse fatemur ratione dicte medietatis, que nobis obvenit ex dicta indulgentia. Iccirco prefatos Jacobum et nepotes eorumque ministros ac eorundem heredes et successores tenore presentium quietamus et liberamus eosque et eorum quemlibet a quacunque obligatione per eos sub quacunque verborum expressione etiam in ampliori forma camere apostolice tam hic in Urbe et in eadem camera quam alibi quomodolibet prestita absolvimus et absolutos fore decernimus et declaramus. Mandantes motu simili venerabili fratri nostro Raphaëli episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis thesaurario et presidentibus et clericis camere antedicte et aliis, ad quos spectat, ut de premissis quietantias et alias scripturas necessarias et oportunas eisdem Jacobo et nepotibus in autentica forma conficiant et tradant pro eorum securitate et cautela. In contrarium facientibus etc. volumusque, quod presentes in camera apostolica registrentur et per dictam cameram serventur. Datum Rome in palatio apostolico die 5 maii 1519, pontificatus nostri anno septimo.

Placet et ita fatemur et motu proprio mandamus J.

Am Rande: Pro domino Jacobo Fucher et nepotibus.

117. Motu proprio Leos X. Quittung über den Anteil am Ablafs in Annaberg, abgeliefert durch die Fugger.

Rom 1519 Mai 5.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 68. fol. 47r.

Leo etc.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses exegerint in diversis partitis pro indulgentia per nos concessa in oppido Montis S. Anne in ducatu Saxonia Misnensis diocesis videlicet in una partita de anno 1517. incipiendo per tres dies ante festum S. Anne et tres dies sequentes post dictum festum florenos Renenses centum septuaginta duos grossos quindecim ad rationem 21 gross. pro quolibet floreno et in alia partita de anno 1518. in medio quadragesime florenos similes quingentos quinquaginta novem grossos quinque, denarios 4. et in alia partita de eodem anno 1518. in die S. Anne florenos similes ducentos ottuaginta tres, grossos 19, qui constituunt in totum florenos similes mille et quindecim, grossos 18, denarios 4., de quibus obveniunt nobis ratione tertie partis floreni tricenti triginta otto, gross. 13, den. 1., de quibus detrahi debent floreni triginta et unus, sol. 13, denar. 1. pro lagio monetarum et aliis expensis pro eorum servitoribus et provisione dictorum mercatorum. Remanent itaque floreni trecenti et septem, qui constituunt ducatos auri de camera ducentos sedecim et sol. quatuor ad rationem centum quadraginta duorum florenorum pro quolibet centinario ducatorum auri. Quam summam nobis in prompta et numerata pecunia persolverunt et quam nos tenore presentium recepisse fatemur. Idcirco prefatos Jacobum et nepotes eorumque ministros ac eorumdem heredes et successores tenore presentium quietamus et liberamus eosque et eorum quemlibet a quacunque obligatione per eos sub quacunque verborum expressione etiam in ampliori forma camere apostolice tam hic in Urbe et in eadem camera quam alibi quomodolibet prestita absolvimus et absolutos fore decernimus et declaramus, mandantes motu simili venerabili fratri nostro R[aphaëli] episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis thesaurario presidentibus et clericis camere antedicte et aliis ad quos spectat, ut de premissis quietantias et alias scripturas necessarias et oportunas eisdem Jacobo et nepotibus in autentica forma conficiant et tradant pro eorum securitate et cautela, in contrarium etc. Volumusque quod presentes in camera apostolica registrentur et per dictam cameram serventur. Datum Rome in palatio apostolico die 5. maii 1519. pontificatus nostri anno septimo.

Placet et ita fatemur et motu proprio mandamus. J.

Am Rande: Pro domino Jacobo Fucher et nepotibus.

118. Motu proprio Leos X. Quittung über den Anteil am Ablaſs in Wien, abgeliefert durch die Fugger.

Rom 1519 Mai 5.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 68. fol. 47.

Leo.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses receperint in diversis partitis pro indulgentia per nos concessa in Alemania, Austria scilicet et Wienna, videlicet de anno 1516. die 25. novembris florenos centum triginta novem et de anno 1517. in quadragesima florenos quingentos sexaginta sol. 2, denar. 29. et die 25. novembris florenos quadraginta et unum, sol. — denar. 10. et de anno 1518. in quadragesima florenos ducentos quinquaginta otto omnes Renenses, sol. 6., que quatuor partite constituunt florenos similes noningentos nonaginta novem, sol. 1, denar. 9., que pecunie nobis obveniunt ratione dicte indulgentie concesse videlicet pro medietate, de quibus detrahuntur floreni ottuaginta tres, sol. —, denar. 2. tam pro lagio monetarum quam pro salario servitorum et provisione dictorum mercatorum. Remanent igitur floreni noningenti sedecim sol. 1, denar. 7., qui ad rationem centum quadraginta duorum florenorum Renensium pro quolibet centinario ducatorum auri de camera faciunt et constituunt ducatos auri similes sexcentos quadraginta quinque sol. 1 denar. 4., quos nobis in prompta et numerata pecunia persolverint nosque per presentes recepisse fatemur. Iccirco prefatos Jacobum et nepotes eorumque ministros et eorundem heredes et successores tenore presentium quietamus et liberamus eosque et eorum quemlibet a quacunque obligatione per eos sub quacunque verborum expressione etiam in ampliori forma camere apostolice tam hic in Urbe et in eadem camera quam alibi quomodolibet prestita absolvimus et absolutos fore decernimus et declaramus; mandantes motu simili venerabili fratri nostro R[aphaëli] episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis thesaurario et presidentibus et clericis camere antedicte et aliis ad quos spectat, ut de premissis quietantias et alias scripturas necessarias et oportunas eisdem Jacobo et nepotibus in autentica forma conficiant et tradant pro eorum securitate et cautela, in contrarium etc. volumusque, quod presentes in camera apostolica registrentur et per dictam cameram serventur. Datum Rome in palatio apostolico die quinta maii 1519. pontificatus nostri anno septimo.

Placet et ita fatemur et motu proprio mandamus.

Am Rande: Pro domino Jacobo Fucher et nepotibus.

119. Motu proprio Leos X. Quittung über Auszahlung des Anteils an dem in den Kirchenprovinzen Mainz und Magdeburg verkündeten Ablasse durch die Fugger.

Rom 1519 Juni 16.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 68. fol. 58 r.

Leo papa X.

Motu proprio etc. Cum dilectus filius Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses receperint pro indulgentia per nos concessa in provinciis Maguntina et Magdeburgensi et ex provincia Magdeburgensi prefata in diversis annis in summa florenorum Renensium quinque milia et centum quadraginta novem, grossos decem, denar. septem, de quibus nobis obveniunt pro medietate floreni similes duo milia et quingenti septuaginta quatuor, cruciferi quadraginta quattuor, de qua summa detrahi debent floreni centum viginti octo, cruciferi quadraginta quinque pro salario servitorum et provisione dictorum mercatorum. Remanent igitur floreni similes duomilia quadringenti quadraginta sex, qui constituunt summam mille septingentorum viginti duorum cum dimidio ducatorum auri de camera ad rationem centum quadraginta duorum florenorum Renensium pro quolibet centinario ducatorum auri de camera, quos nobis in prompta et numerata pecunia persolverunt nosque tenore presentium recepisse fatemur ratione dicte medietatis, que nobis obvenit ex dicta indulgentia. Iccirco prefatos Jacobum et nepotes eorumque ministros ac eorundem heredes et successores tenore presentium quietamus et liberamus eosque et eorum quemlibet a quacunque obligatione per eos sub quacunque verborum expressione etiam in ampliori forma camere apostolice tam hic in Urbe et in eadem camera quam alibi quomodolibet prestita absolvimus et absolutos fore decernimus et declaramus. Mandantes motu simili venerabili fratri nostro Raphaëli episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis thesaurario presidentibus et clericis camere antedicte et aliis, ad quos spectat, ut de premissis quietantias et alias scripturas necessarias et oportunas eisdem Jacobo et nepotibus in autentica forma conficiant et traddant pro eorum securitate et cautela. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque, volumusque, quod presentes in camera apostolica registrentur et per dictam cameram serventur. Datum Rome in palatio apostolico die decima sexta mensis junii 1519. pontificatus nostri anno septimo.

Ita fatemur et mandamus.

120. Quittung für die Frescobaldi über Zahlungen aus niederländischem Ablafs und Zehnten im Betrage von 21264 Dukaten.

Rom 1519 Juli 19.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 68. fol. 70.

Leo papa X.

Motu proprio etc. Cum alias de mense octobris anni anni 1515. certe conventiones super indulgentiis et decimis tunc archiducis Flandrie inter dilectum filium nostrum Silvium tituli Sancti Laurentii in Lucina cardinalem Cortonensem nuncupatum et Leonardum de Frescobaldis et socios nomine nostro facte fuerunt. Quia dilectus filius Dominicus Caingianus in computis a nobis habitis assignavit ad computum predicte conventionis summam ducatorum viginti unius millium ducentorum sexaginta quatuor auri de camera in tribus partitis, videlicet unam ducatorum novem millium centum viginti sub die 15. maii 1516., aliam ducatorum trium millium centum viginti sub die sexta maii 1517. et aliam sub die 15. junii 1518. ducatorum novem milium viginti quatuor. Volentes indempnitati eorum Leonardi et sociorum providere per presentes eosdem de predicta summa sic in computis posita absolvimus et quietamus et perpetuo in forma liberamus. Mandantes omnibus ad quos spectat seu spectare poterit quomodolibet in futurum, quatenus predicta observent et observari faciant, contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum die 19. julii 1519. pontificatus nostri anno septimo.

Placet et ita fatemur quietamus et mandamus. J.

Coll. J. de Attavan.

J. Armellinus cardinalis
Medices cardinalis.
ac d. man°. d. phi.

121. Motu proprio Leos X. Quittung über den durch die Fugger ausbezahlten päpstlichen Anteil aus dem Ablafs in Brüx.

Rom 1520 Januar 5.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 68. fol. 157ʳ.

Leo papa X.

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses exegerint in duabus partitis pro indulgentia per nos concessa in oppido Brux Pragensis diocesis videlicet in una partita de anno 1519[a] mille quingentos et sex florenos, grossos decem et septem, denar. sex Renenses ad rationem viginti duorum grossorum pro quolibet

[a] *sic!*

floreno et in altera partita de anno predicto ducentos et quindecim florenos etiam Renenses et grossos similis rationis tredecim, que due partite supradicte constituunt summam mille septingentorum viginti duorum florenorum similium, grossorum octo, denariorum sex, de quibus obveniunt nobis ratione tertie partis quingenti septuaginta quatuor floreni similes, grossi duo, denar. decem: de qua summa detrahi debentur floreni similes nonaginta quinque, solidi quatuor pro expensis factis in expeditione dictarum indulgentiarum et salario servitorum et provisione dictorum mercatorum. Remanent igitur floreni similes quadringenti septuaginta otto, solidi decem et otto, denarii decem, qui constituunt ad rationem centum quadraginta duorum florenorum pro quolibet centinario ducatorum auri de camera ducatos auri de camera tricentos triginta settem, solidos quinque, denarios decem. Supradictam nobis in prompta et numerata pecunia per manus dilecti filii Bernardi de Binis persolverunt nosque tenore presentium recepisse fatemur. Idcirco prefatos Jacobum et nepotes eorumque ministros ac eorumdem heredes et successores tenore presentium quietamus et liberamus eosque et eorum quemlibet a quacunque obligatione per eos sub quacunque verborum expressione etiam in ampliori forma camere apostolice tam in Urbe et in eadem camera quam alibi quomodolibet prestita absolvimus et absolutos decernimus et declaramus, mandantes motu simili venerabili fratri nostro episcopo Ostiensi camerario et dilectis filiis thesaurario presidentibus et clericis camere antedicte et aliis ad quos spectat, ut de premissis quietantias et alias scripturas necessarias et oportunas eisdem Jacobo et nepotibus in autentica forma conficiant et tradant pro eorum securitate et cautela. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Volumusque, quod presentes in camera apostolica registrentur et per dictam cameram serventur. Datum Rome in palatio apostolico die 5. januarii 1519.[a] pontificatus nostri anno septimo.

Ita fatemur et quietamus.

Coll. L. Amerin.

Am Rande: pro Jacobo Fucher.

122. Motu proprio Leos X. Quittung über den päpstlichen Anteil am Ablasse von Annaberg, ausbezahlt durch die Fugger.

Rom 1520 Januar 5.

Arch. Vatic. Divers. Camer. 68. fol. 158.

Leo papa X[s].

Motu proprio etc. Cum dilecti filii Jacobus Fucher et nepotes mercatores Augustenses exegerint in diversis partitis pro indulgentia per nos

---

[a] *sic! Vorher schon Sachen von 1520.*

